

Tractatio
de jure
principum
vel statuum
Germaniae
circa sacra.
1754.



E.4 num. 33

TRACTATIO JURIDICA

DE

IURE PRINCIPUM

VEL

STATUUM GERMANIÆ

CIRCA SACRA

PROMISCUO ,

HOC EST ,

TAM ROMANO - CATHOLICO , QVAM PROTE-
STANTI PRINCIPI ,

IN

ECCLESIAS TERRITORII SUI ,

COMPETENTE ,

P. 364

LIPSIÆ, 1754.

W. 2425 m








INGRESSUS,



vi hucusque de Jure Principum circa *Sacra* scripserunt, ad unum fere omnes de Principe *Evangelico*, ad maximum *Protestanti* solliciti fuerunt, *Romano-Catholici* prorsus obliti, neque attendentes: Pacem Osnabrugo-Westphalicam iisdem *Reformatum*, respectu Ecclesiae Lutheranae, quam Rom. Catholicum Principem includere fere cancellis. Sane, quod habet Princeps Reformatus in nostram Lutheranam Ecclesiam Juris Rom. Catholico de-vel abnegare velle, pura & puta adulatio, quae, paulo accuratius Legibus Imperii fundamentalibus, maximum Tabulis supra dictae Pacis Westph. inspectis, prorsus evanescit. Atque hucusque Jus quæ-
A 2 stionis,

ftionis , qvæ Principes Proteftantes in genere , promiscue fuit propositum , h. e. eadem potestas Principi Reformato in Ecclesiam Lutheranam tributa , qvæ Evangelico ipsi. Ergo , vel hoc posterius citra ullum factum est fundamentum , cum solis Principibus Evangelicis tale jus attribuendum fuisset , vel Rom. Catholicis Principibus injuria facta , qvippe de quibus , in hac materia nemo hucusque sollicitus fuit. Prius nemo affirmare ausus fuerit , cum Jus nostrum non , nisi ex genuino Juris territorialis , vel *Majestatici* conceptu fluat & explicari queat , qvæ omnibus indistincte Imperii Statibus competit. Consequenter posterius admittendum & tale in medium circa Sacra Jus proponendum , qvod omnibus indistincte Imperii Statibus cuicumque , ex tribus receptis , Religioni addicti fuerint , competit , salvis in casibus quibusdam specialibus differentiis , qvæ tamen non tanti momenti sunt , ut diversos inter Principes diversum efficiant jus , prouti subsequens Tractatio docebit , quam ego benigno Benevoli Lectoris Judicio de meliori commendo.

TRACTA-



TRACTATIO.

S. I.



Problema haud levidense est: quid sit Jus Statuum Imperii circa Sacra, & num illud Jus omnibus, tam Rom. Catholicis, quam Protestantibus commune, idemque sit intuitu trium Ecclesiarum receptarum, an vero illud Protestantibus tantum competat Principibus, ac diversum sit pro diversitate Ecclesiarum? *Ob eines Reichs-Fürsten Recht in Kirchen-Sachen nicht allenthalben einerley und dasselbe sey, Er möge denn der Kirche zugeben seyn, oder nicht. Oder, noch deutlicher: ob nicht ein Römisch-Catholischer Reichs-Stand eben sowohl ein Jus circa Sacra, in Ansehung der Lutherischen und Reformirten Kirche, die in seinem Lande ist, habe, als ein Protestantischer in seiner eigenen Kirche, & vice versa; item: ob dieses Recht nicht eben dasselbe in der einen Kirche sowohl, als der andern sey?* Certe qui per Jus Principum circa Sacra nil, nisi Regale aliquod peculiare, gladio multoque sanguine adqvisitum, hinc Protestantibus tantum vindicandum, accipiunt, non possunt non ultimam illico negare quæstionem. Et nihilominus crediderim ego, hanc quæstionem citra ullum Nostratum præjudicium, affirmari posse, dummodo prius examinaverimus: quid sit Jus illud circa Sacra & quo in consistat? antequam hocce definiamus, aliam præliminarem paucis discutiamus quæstionem necesse erit: quomodo scilicet & qua ratione hoc Jus Statibus Imperii adqvisitum fuerit? Ad quam nobis videtur reponendum: Jus circa Sacra neque *postlimini jure*, uti statuunt plerique, recuperatum, neque etiam Transactionibus demum Religiosis de Anno 1555. & 1648. esse obtentum, sed vi superioritatis territorialis jam ipso promiscue omnibus competere Statibus Imperii jure.



Jam Strykius in *Differatione sua de Jure Principum Papalium* Cap. I. §. 10. animadvertit: non adeo magnifice de Principibus Protestantibus sentire eos, qui contendant, Jus nostrum postliminii jure recuperatum esse ab Illis, quippe dum hac præsupposita hypothese, sequeretur: Principes nostros nil amplius, quam quod antea habuissent, esse consecutos juris. Hinc *Böhmero in Jure Eccl. Protest. Lib. I. tit. 31. §. 35. seqq.* aliisque potest concedi: Duces olim Bavariae, Sveviae & Saxoniae tam ante, quam post Henricum V. Imperatorem, jure gavisos esse constituendi Episcopos investientiisque eisdem cum annulo & baculo, cum heic non de una, vel altera Juris quaestionis particula, ex speciali Imperatoris concessione, per modum privilegii, exercita quaeratur, sed de Regalibus circa Sacra in complexu, deque tali jure, quali hodie fruuntur omnes Status Imperii immediati, praesertim Protestantes, uti heic pro tempore accipimus. Et dubito valde, probaturos unquam esse Böhmerianos, hac ratione exercitum olim fuisse jus nostrum a Principibus Germaniae, maximum, cum ipsa Superioritas territorialis post demum Henricum V. Imp. ad *annu* pervenerit suum. Ea propter tamen non puto, cum ipso sentiendum Strykio esse existimandumque, Paci demum *Westph. Casareo-Svevicae* deberi Jus qu., vel etiam Paci *Religiosa* de Anno 1555. Quæritur enim: quonam jure Principes nostri ab Anno jam 1517. & seqq. quibus de Pace *Religiosa*, quoniam *Westph.*, ne cogitatum quidem fuit, reformaverint? Quæritur etiam quibusnam Transactionibus religiosis, Reges Sveciae Daniaeque, in quorum Terris septentrionalibus indubitanter jura Papalia, atque Episcopalia aequè viguerunt ante reformationem, obtinuerint jus suum? Frivola hinc est Paragraphi 29. *Instrum. Pac. Art. V.*, explicatio, quando contra naturalem verborum constructionem verba: *hactenus usitata praxi*, ad pacem trahuntur *religiosam*. Non enim dicitur, per ipsam Pacem Relig. Statibus Imp. immediatis competere jus reformandi exercitium religionis, sed ita potius verba sonant: *cum ejusmodi Statibus immediatis cum jure Territorii & Superioritatis, ex communi per totum Imperium hactenus usitata praxi, etiam jus reformandi competat, ac dudum in pace religiosa salium Statuum subditis, si a religione Domini Territorii dissentiant, bene-*

beneficium emigrandi concessum; ita, ut primario hęc respiciatur ad tempus reformationis, & Belli religiosi, quo natum erat illud vulgatilissimum: *cujus est regio, ejus est religio*, & sensus sit: Statum Imp. immediatum, vi Juris territorialis, vel superioritatis, jure gaudere reformandi, h. e. aliam, seu novam introducendi religionem (NB. si omnes subditi, vel maxima eorum pars in eam consentiant) & consequenter reliquis dissentientibus emigrationem imponendi, quæ emigratio, secundum pacem religiosam ita determinata est, ut justum concedatur emigrantibus tempus, tam ad emigrandum, quam distrahendum bona sua, auferendumque eadem. Fallum hinc est, & manet, Jus circa Sacra Transactionibus demum religiosis esse adqvisitum, sed, uti diximus, ipso potius jure, & vi superioritatis territorialis, jam omnibus immediatis Imperii Statibus competiit, licet diversimode exercitum fuerit, de quo mox plura. Neque etiam fulcrum accipit Strykii hypothesis ex Art. VIII. §. 1. d. Instrum. quando scilicet ibidem, „omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Romani, in antiquis suis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis, tam in Ecclesiasticis, quam Politicis exercitio &c. vigore hujus transactionis, ita stabiliti atque firmati dicuntur, ut a nullo unquam, sub quocunque prætextu, de facto turbari debeant.„ Quemadmodum enim non levem involveret contradictionem, jura antiqua, & privilegia Statuum, hac demum pace illis esse data, atque concessa statuere velle; ita etiam absurdum dictu foret: *liberum juris territorialis in ecclesiasticis exercitium*, Anno demum 1648. Statibus Imperii adqvisitum fuisse, cum, uti jam demonstratum est, illud, ultra unius Seculi spatium, exercuissent. Multo minus illud, quod subnectit d. l. Strykus, temperamentum: „Electorem sc. Saxonie Fridericum causam Lutheri, Pontificis & Imperatoris proscriptione damnati quidem, sed de facto, & sine ulla prævia cognitione, defendisse, vimque factam omnibus modis repellendo, conscientiarumque libertatem contra iniquos Pontificis ausus sibi, suisque vindicando, magis per modum defensionis libertatem religionis, quam ex jure quadam Superioritatis sibi adseruisse,“ facit ad rem quidquam, cum & ipsa defensio frustranea fuisset, nisi principalis circa Sacra majestas (intellige: jus in ecclesiasticis territoriale liberum) cum gladio ad manus fuisset; ut adeo perinde sit, sive per modum defensionis, sive

sive *offensionis*, jus tuiti sint suum Elector Saxoniae & reliqui Reformatores. Cave tamen hinc credas, jus quæstionis, jure belli, vel in sanguine atque clypeo, uti quibusdam videtur, adquisitum demum fuisse; nam, quod jam Superioritati territoriali, quæ non bello quidem, sed pedetentim, per spiramenta temporum, & mutata indies rerum faciem, adquisita est, coheret, vel, ipso potius jure, coheret, gladio adquiri ne quicquam debuit.

§. III.

Et sic posset videri, definiendum Jus nostrum esse, per *liberum juris territorialis in ecclesiasticis exercitium*, uti & visum est quibusdam Doctoribus, hac occasione, quod miror, insignem Statuum Evangelicorum præ reliquis Imperii Statibus, maximum Rom. Catholicis, deprehendentibus. Verum, licet *juris territorialis exercitium* (citra quod, jus in abstracto consideratum, campana sine pistillo est) rem heic conficiat omnem, partim tamen nimis generalis hæc definitio est, partim etiam vox: *liberi exercitii*, uti totus *Instrum. cit.* contextus commonstrat, magis *Jus reformandi*, Statibus tributum promiscue, quam ipsum *Jus circa Sacra*, definit. Certe ante hanc Transactionem Casareo-Svecicam, Status Imperii Protestantes *libere* reformabant, h. e. subditis volentibus & consentientibus (unde belle Gundlingius in *Discursu super Coccej Jus publicum Capit. de Regalibus circa Sacra* inter alia ita: *Das Jus reformandi ist so nicht zu verstehen, daß, wenn etwa der Fürst Römisch-Catholisch, oder Lutherisch wird, derselbe zu seinen Unterthanen sagen könne, ihr sollet auch Römisch-Catholisch, oder Lutherisch werden; sondern vielmehr also, daß, wenn alle Unterthanen, oder auch der größte Theil derselben eine Reformation, mit dem Fürsten, verlanget, dieser alsdann das Directorium in der Sache habe*) novum introducebant cultum divinum, per §. 20. *Pac. relig.* *Damit auch obberührte beyderseits Religionsverwandte &c.*, & dissentientes Rom. Catholicos subditos expellebant. Romano-Catholicis e contrario non minus subditos Protestantes, quantum erat possibile, & per rationem status fieri poterat, repellebant jure reformationis, & sic antiquando etiam reformabant, donec huic juri reformandi, & contra-reformandi, per annum decretorium obexponeretur hac Pace, ita, ut utriusque religionis Subditi, pro futuro,

turo, ex observantia Anni 1624. ex nunc securi essent. Interim tamen ea, quæ facta erant, fieri non poterant infecta, hinc conflitissimum erat, ut, quæ facti videri potuissent, nunc fierent *juris*, & sic promiscue omnibus Statibus Imperii, maximum intuitu *præteriti*, liberum juris territorialis in ecclesiasticis exercitium tribueretur. Dixi: *intuitu præteriti*; licet enim tale liberum exercitium, vel *reformandi jus*, hodie, casu existente, ut Status Imperii cum Subditis suis ad aliena vellet transire Castra, citra dubium eidem adhuc dum competeret: daß Er in solchem Fall das Directorium führe, und den neuen Gottes-Dienst einführe, five Status ille sit *Ecclesiasticus*, five *Secularis*, quoniam ea, quæ §. 15. *Art. V. Instrument. Pac.*, de Prælato Rom. Catholico, vel August. Confessionis, illico jure excidente suo, simulac vel solus, vel cum Capitulo religionem mutaverit, disponuntur, ne quicquam de universali quadam (h. e. cum Subditis) accipienda sunt reformatione, qualis olim tempore *Lutheri* in multis Germaniæ provinciis contingebat ut sic, aliqua ratione, Rom. Catholicus etiam Status, dummodo velit, sibi met tribuere queat, quæ olim dixit *Landgravius Hæssa*, *Philippus*, die *Freyheit in Religions-Sachen*, sey der Stände höchstes Regal; istiusmodi tamen reformatio ad annum decretorium omnino foret restricta, ut, si vel unica, quæ antiquaret, superesset parochia, ejusdem membris emigratio imponi non posset, ut taceam istiusmodi Reformationis casum vix hodie, ac ne vix quidem, dabilem esse.

§. IV.

Quemadmodum itaque terminus ille: *liberi exercitii*, cum grano, ut ajunt, accipiendus est salis, ita quoque alia supersunt argumenta demonstrativa, hunc terminum in definitione Juris nostri, non esse adæquatum. Plerique Doctorum Statibus Evangelicis illimitatam prorsus & independentem vindicant in ecclesiasticis potestatem, quæ hypothesis Ecclesiæ nostræ plus nocet, quam illustrissimis nostris Principibus prodest, dummodo consideraverimus: potentissimos August. Conf. Proceres post Pacem Westph., partim ad Reformatorem, partim Rom. Catholicorum transmigrasse Sacra, licet nihilominus in Legibus Imperii publicis, atque Capitulationibus adhuc dum hinc inde audiant: *Aug. Conf. Status*. Certe si hæc, quæ post fuerunt secuta, omnia ab illustrissimis Nostratum

B

tum

tum temporis Pacificentibus fuissent prævisa, nullus dubito, quin in hac ipsa Transactione, specialis clausula, intuitu Principum etiam Evangelicorum, adjecta fuisset. Sed salva res est. Argumenta idem, quod verba valent. Et sic nullum est dubium, quin ea, quæ §. 1. *Art. VII. Instrum. Pac.* inter Protestantes fuerunt conventa Principes, multo magis obtinere debeant, si quis Protestantium ad Romano-Catholica transferit Castra. Porro eandem securitatem, quæ procurata hac pace est Ecclesiæ Evangelicæ in Territorio Status Rom. Cathol. sitæ, competere etiam huic in ipso Protestantis, vel in specie Aug. Conf. Status Territorio, tanto minus dubii habet, quanto magis constat: hunc primarium fuisse Illustrissimorum Nostratium Pacificentium scopum atque tum temporis intentionem, ut Ecclesia Lutherana eum ubique, quem habuit Anno 1624., liberum cultum divinum, retineat in posterum quoque. Unde miror, nec satis mirari possum, eos ipsos Jctos, qui illimitatum juris territorialis in ecclesiasticis exercitium Statibus nostris attribuunt, in quæstione: num Status Aug. Conf. Reformati, vel Rom. Catholicis, liberum in territorio suo, quo olim Anno 1624. illud non habuerint, religionis exercitium concedere queat, nec ne? hæsitabundos esse, licet eandem facultatem Rom. Cathol. Statui, respectu ecclesiæ protestantis, tribuere non adeo fluctuent. Ego quidem, hac in quæstione, libenter accedo *Böhmeri* temperamento, quo utitur in *Jure eccles. Protest. L. 1. tit. 1. §. 72. seqq.* distinguendo, inter religionis exercitium *omnimodum*, (h. e. cum solemnibus processionibus, atque deportatione venerabilis conjunctum) & *restrictum* ad nostrum religionis exercitium publicum, priori casu negando, posteriori vero affirmando quæstionem præsentem; interim tamen nimium quantum inde constat: Jus quoque Nostratum esse restrictum valde & limitatum. Similiter etiam male quis ex §. 1. *Art. VII. cit. Instrum.* argumentaretur ita: „Principi Lutherano, vel Reformato, ad
 „alterius partis, vel Rom. Catholica Sacra transferti, fas non est,
 „vel publicum religionis exercitium, leges aut constitutiones eccle-
 „siasticas, hæctenus ibi receptas, immutare, vel Tempora, Scholas,
 „Hospitalia, aut eo pertinentes redditus, pensiones, stipendia, prio-
 „ribus adimere, suorumque Sacrorum hominibus applicare, vel ju-
 „ris territorialis, Episcopalis, Patronatus, aliove quocumque præ-
 „textu subditis Ministros alterius Confessionis obtrudere, ullumve
 „aliud impedimentum, aut præjudicium directe, vel indirecte al-
 terius

terius Sacris afferre;“ Ergo Princeps Evangelicus, vel Reformatus, Sacris in suis remanens, hæc omnia licite agit, intuitu ecclesiæ suæ protestantis, sive Evangelicæ, sive Reformatæ. Ego quidem ita non argumentarer, quippe dum nulla ratione conciliare possum, cur ecclesiæ, quæ tempore *Pacis Westph.* Principem, vel Territorii Dominum habuit suæ religionis consortem, infeliciores esse debeat ea, quæ postea acceperit Dominum Territorii diversæ Religionis. Certe de eo casu, quo Princeps Evangel. successor talem susciperet notabilem mutationem, forsitan tum temporis ne cogitaverint quidem Illustrissimi Paciscentes, curantes saltem pressæ, vel viduata Ecclesiæ securitatem, & supponentes, hanc per se jam intelligi sub Principe ejus Consorte. Absit tamen, ut Principi Protestanti, respectu *legum ecclesiasticarum*, quatenus ipsum non concernunt cultum divinum, (adiaphororum enim cura incumbit Principi, non quæ tali, sed quæ potiori ecclesiæ membro) ut & *honorum, piorum Corporum* eorumque administrationis, manus usque adeo ligem, ut nil prorsus in iisdem immutare queat, sed veteri absolute teneatur lyra oberrare. Non ita! verum nec heic excludendum puto Statum Rom. Catholicum. Nam omnes mutationes in ecclesiæ salutem atque vergentes commodum, a quocunque etiam venerint illæ patriæ patre, summa sunt acceptandæ mentis devotione, nec, nisi aperte tendant in ejus detrimentum, longe desuper scrupulandum, cum memores nossumus oporteat istius *Pauli: Ein jeder sey unterthan der Obrigkeit, die Gewalt über ihn hat*, uti ex subsequentiis pluribus constiterit.

§. V.

Quemadmodum itaque potestas Principum Protest. in ecclesiæ Lutherana, vel Reformata, non prorsus est *illimitata*, ita neque *independens* est eadem. *Strykius c. l. ex §. 47. Instr. pac.* ubi ita: *ius diæcesanum & tota jurisdictione ecclesiastica cum omnibus suis speciebus contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status, comprehensa libera Imperii Nobilitate, eorumque subditos, tam inter Catholicos, & Augustanæ Confessionis adductos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status, usque ad Compositionem Christianam dissidii Religionis suspensa esto, & intra terminos Territorii cujusque ius Diæcesanum & jurisdictione Ecclesiastica se contineat, &c.* inter alia sequentem in modum concludit: *Quicquid est sublatum (ita non male accipitur illud suspensum*



sum, cum amicabilis, vel Christiana Compositio ad Kalendas fortasse Græcas contigerit) illud quoque est translatum; atquin Jura Papalia & Episcopalia in Territoria Principum Protest. sunt sublata; ergo etiam sunt translata. Verum, secundum principia in antecedentibus jam supposita, istiusmodi translatione plane non opus fuit, cum omnes jam legis Diœcesanæ & Jurisdictionis Episcopalis particulæ, juri territoriali, quæ tali, cohæreant, unde nihil prorsus translatum est, præprimis, cum totum illud Jus Diœcesanum atque Episcopale, malo nitatur fundamento, nobisque non possit non esse odiosum, prouti bene expendit *Auctor Meditationum ad l. P. Art. V. §. 29.* inter alia ita: *Et præterea mihi nescio, quid semper displicuit in nomine illo juris Diœcesani, vel Episcopalis, quod Cleri dominationem sapit a civili imperio absolutam, quin aliquando huic contrariam & recalcitrantem. Relinquamus igitur Clero Catholico suos titulos juris diœcesani, Episcopalis & jurisdictionis ecclesiasticæ. Nobis majestas civilis imperii non adeo sordet, ut existimemus, dignitati ejus & potestati accedere aliquid posse adjuncto alio jure spurio & nominis infidiosi.* Nullum hinc Diœcesanum, nullum Episcopale jus in Nostrates fuit translatum, si vel centies spuria hæc jura, ultra Territorium Episcopi sese adhuc hodie, inter Romano-Catholicos Status, extendentia, fuerint sublata, sed jus illud territoriale, vel Superioritas territorialis, quam diu jam in complexu eandem ante hanc pacem, habuerunt Principes Germaniæ, omnia hæc jura comprehendit, ut nihil, nisi puri remaneant Termini technici. Et sic quoque falsa est consequentia, quam exinde deducit *Strykius*, alia inter ita concludendo: *Si Jus Diœcesanum & Episcopale, quod olim independenter ad Imperatorem, & summa Imperii Tribunalia exercitum, in Nostrates translatum est, sequitur, quod & nunc independenter a Nostratibus ita exerceatur.* Mihi non opus esse videtur, ad vindicanda Principum jura, ut obliqua, vel curva via incedamus & ex putidis fundamentis conclusiones necetamus, quæ forsitan ipsis Paciscentibus ne quidem in mentem venerint. Quando enim *cit. §. 47. Art. V. Instr. Pac.* totum jus diœcesanum, & tota jurisdictio Episcopalis contra Aug. Conf. Status dicitur suspensa, primario ad §. 20. *Pac. Religiosa*, ubi nimirum jurisdictio Episcopalis nondum prorsus sublata erat, respicitur; ita enim verba in *Pace Religiosa c. l.* inter alia sonant: *Aber in andern Sachen und Fällen der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, Kirchen-Gebräun-*

bräuchen, Ordnungen, Ceremonien und Bestellung der Ministerien nichts anlangend, soll und mag die geistliche Jurisdiction durch die Erzbischöffe, Bischöffe und andere Prelaten, wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht, und Sie in deren Uebung, Gebrauch und Possession sind, hinsüro, wie bishero, unverbindert exerciret, geübet und gebraucht werden, scilicet, qvatenus jus illud Diocesatum & Episcopale fructuarium fuerit, & qvædam non ingratiola retulerit compenda. Pro hisce conservandis compendiis, §. cit. 47. Rom. Catholici lubentissime totum jus diocesatum, & episcopale, (qvippe jam ante centum, & qvòd excurrebat, annos, penitus amissum) abdicant, qvando nimirum inter alia ita: *ad consequendos tamen redditus, census, decimas & pensiones in iis Aug. Conf. Sacerdotum ditionibus, ubi Catholici Anno 1624. notorie in possessione, vel quasi exercitii jurisdictionis ecclesiastica fuerunt, utantur eadem posthac quoque &c.* qvòd & in subsequentiis, vice versa, Episcopis A. Conf., respectu Rom. Catholicorum conceditur. Ecqvis vero ex his veram juris Episcopalis translationem arguerit? Similis est farina secundum Struykii argumentum, qvando nimirum ita ex adducto §. 47. ratiocinatur: *Quicquid intra terminos Territorii cujusque Principis se continere debet, isdemque inclusum est, illud ad Imperatorem, vel etiam Imperium, per modum appellationis devolvi nequit; atqui translatum illud Diocesatum & Episcopale jus territorio Principis est inclusum; ergo cause ecclesiasticae ad Imperatorem, vel Imperium devolvi nequeunt.* Ecqvis non heic iterum deprehenderit falsum & spurium argumentum! Qvando enim dicitur §. 47. *Art. cit. V. Instrum. Pac. intra Terminos Territorii cujusque jus Diocesatum & jurisdictionem ecclesiasticam se continere debere,* plane non sermo est de jure qvòdam Diocesano in Principes Protest. translato, & ab his eadem, uti olim in Papatu, ratione exercendo, sed potius de jure saltim Episcopali, in posterum non amplius ultra territorium Episcopi in August. Conf. Status extendendo. Qvemadmodum vero nimis foret illepidum dictu: *liberum illud juris territorialis in ecclesiasticis tam, quam politicis exercitium, intra terminos cujusque Status sese continere debet; ergo nullæ, nec ecclesiasticae, nec politicae cause, ad Imperatorem, vel Imperii Tribunalia, possunt devolvi; ita quoque falsissima foret conclusio seqvens: Jus Diocesatum & Episcopale Romano-Catholicorum, intra terminos Territorii cujusque sese continere debet; ergo cause ecclesiasticae non possunt ad Imperatorem, vel Imperium devolvi.* Qvæ, qvæso!

quæso! qualis & quanta? Quisque enim videt, nihil esse nec suspensum, vel depositum horum jurium, nec translatum, sed omnia potius jura Episcopalia prorsus sublata, & NB, cum jure territoriali consolidata. Sed loquor ad hominem, ut ajunt in Scholis, tantum, argumenta saltem Strykii, non rem ipsam prorsus refutando. Meliora argumenta Strykio, ad adstruendum independentiam Principum Protest. in *Causis ecclesiasticis*, suppeteret potuissent ex §. 53. cit. *Art. V. Instrum. Pac.*, ubi inter alia statuitur ita: *Catholici etiam suo tempore de ordine presentandi (Adfessores scilicet Judicii Cameralis) convenient, Casareaque Majestas mandabit, ut non solum, in isto Judicio Camerali, Causa ecclesiastica, ut & politica inter Catholicos & Augustanae Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, vel etiam quando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus tertius interveniens Augustanae Confessionis Status erit, & vicissim, quando Augustanae Confessionis Status contra ejusdem Confessionis Status litigantibus, tertius interveniens erit Catholicus, (qui duo interventionis Casus de causis ecclesiasticis vix concipi possunt) adlectus ex utraque religione pari numero Assessoribus, disturiantur & judicentur, sed idem etiam in Judicio Aulico observetur, huicque sint aliquot Augustanae Confessionis doctos & rerum Imperii peritos viros, ex iis Imperii circulis, ubi vel sola Augustana Confessio, vel simul etiam Catholica viget Religio, adsiscat, eo quidem numero, ut eveniente casu pariter Judicantium ex utraque Religione Assessorum observari possit. Idem etiam, quoad paritatem Assessorum observetur, quoties Augustanae Confessionis Status immediatus a mediato Catholico, vel immediatus Catholicus a mediato Augustanae Confessionis Status judicio convenitur. Hæc causæ etiam Ecclesiasticæ recensentur, quæ ad Cameram Imperii, vel Judicium Aulicum devolvi possunt, nimirum, si lis est, a) inter Statum Rom. Catholicum immediatum, & Statum August. Confessionis immediatum; b) inter duos solos A. Conf. Status; c) inter Statum A. Conf. immediatum, & mediatum Romæ Catholicum Statum; (intellige prioris Subditum, z. E. Eine Römisch-Catholische Kirche, oder Kloster, die einen Protestantischen, oder auch Evangelischen Landes-Herrn hat, und mit demselben, wegen des im Anno 1624. gehaltenen Religions-Exercitii, zerfällt) d) inter Statum Catholicum immediatum, & mediatum Augustanae Confessionis Statum, (intellige iterum prioris Subditum, z. E. Ein Lutherisches Consistorium, oder Hospital, welches einen Römisch-Catholischen Landes-*

Landes-Herrn hat, und mit demselben, wegen der Observantz des Anni decretorii, oder sonst einer Ursache, in Irrung geräth) quomodo enim Status mediatus Rom. Catholicus, immediatum Statum A. C. non territorii Dominum, & vice versa, Status mediatus A. C. immediatum Statum Rom. Cath. non Territorii Dominum, in causis ecclesiasticis, convenire queat, mihi plane non liquet. Interim, ad ductum hujus §. 53., causæ ecclesiasticæ Subditorum Protestantium privatae tam, quam quæ, inter ipsum Principem Protestantem, & subditos suos (nisi quatenus is religionem mutaverit, vel jure hereditario, vel alio titulo, territorium, quo in diversa religio ex Anno 1648. h. e. a tempore Pacis Westphalicae viget, nactus fuerit, per §. I. cit. Art. VII. Instrum. Pac.) obveniunt, vel observari possunt, exceptæ videntur, prouti & revera hucusque Praxis Germaniæ docuit, quod nullæ Protestantium Subditorum causæ privatae, ex quocumque etiam eadem principio, sive, quod vereor, *Papali*, sive *Saniori*, fluxerit observantia, ad Summa Imperii Tribunalia devolutæ fuerint *ecclesiasticæ*. Sane! hanc ego magnopere laudo observantiam, licet in Pace Westphalica non adeo clare fundatam (quippe cum unius positio non sit alterius exclusio,) & optarem, ne in causis etiam *politicis*, ad Imperii Tribunalia regressus ullus daretur, quippe non, nisi in summum vergens miserorum Subditorum incommodum, Rabbularum commodum. Nescio vero, an fallam, si dixerim, hac quidem in parte, parum habere aut nihil prerogativæ Principes Protestantes præ Statibus Rom. Catholicis, cum nec ab horum Consistoriis *Evangel.*, v. g. *Hildesienfi*, causæ privatae ad Imperii Tribunalia devolvantur.

§. VI.

Restant itaque controversiæ causarum ecclesiasticarum inter ipsos Subditos Aug. Conf., & Principem consortem, vel quod idem est, Reformatum, qui talis jam fuit tempore *Pac. Westph.* Et puto, hunc casum cit §. 53. neque explicite, neque implicite contineri, quia, uti dictum, Illustrissimi tum temporis paciscentes eundem non adeo veriti sunt, ut sic Princeps talis in propria causa iudex videri posset, cujus rei etiam in *matrimonialibus* habemus exemplam. Interim tamen ego *Eidem* neque autor forem, neque svasor, ut notabilem in religionis exercitio rebusque ecclesiasticis susciperet mutationem. Quemadmodum enim jam supra, occasione §. I.

Art.

Art. VII. Instr. Pac., vidimus, Principis A; Conf. potestatem in Sacris non prorsus illimitatam esse, ita quoque exinde naturali consecutionis vinculo sequitur, casu existente tali, ut Subditi momentosa haberent contra Principem suum, Consortem, gravamina, non, nisi Imperatorem, vel Imperium, h. e. vel Judicium *Aulicum*, vel *Camorale* judicem esse posse, idque ductu *tit. S. I. Art. VII.* & *S. 53. Art. V. Instr. Pac.* Scio quidem in istiusmodi causis *Corpus Evangelicum Ratisbonense* arbitrium & bona officia sua interponere solere; verum istiusmodi arbitrium in jure re vera nil decidit, multo minus exequitur; ergo, compositione deficiente, nulla alia, quam ad Imperii Tribunalia via pateret oppressis Subditis. Et sic vides, sana dummodo supponantur principia, & termini habiles, Principes Protestantes de jure ne tantillum amittere suo, si vel centies eorum potestas in Sacris Imperatori, vel Imperio subordineatur. Hunc enim tantum supponimus casum, ubi Subditis manifesta contra intentionem *Transactionum religiosarum* injuria sit; cum e contrario adulatoria illa juxta ac absurda philosophia de Jure *Diocesano* & *Episcopali* in Nostrates translato, hinc prorsus illimitato & independenti, non solum Principibus nostris despectui sit, & ecclesiae nociva, sed & multas progignat perplexitates ineptias, uti ex infra dicendis pluribus constiterit.

S. VII.

Hæc ad adstruendum Jus quoddam circa Sacra *promiscuum* præmonenda fuerunt, quibus præmissis, mihi Jus circa Sacra nihil aliud est, quam *Juris territorialis in ecclesiasticis Exercitium*, per *inspectionem tam generalem, quam specialem, sese exerens*. Priusquam hunc Juris nostri conceptum, per specialiores determinationes Statibus etiam Rom. Catholicis, intuitu ecclesiae protestantis, reddam communem, e re omnino, aliquot inde deducere conclusiones, fuerit. Dixi, jus nostrum esse *exercitium*, quod paradoxum videri posset, cum alias inter *jus ipsum*, & ejus *exercitium* insignis esse soleat differentia, prouti etiam jam supra, intuitu Statuum Rom. Catholicorum vidimus, quibus quippe non minus, quam Protestantibus, *liberum juris territorialis in ecclesiasticis exercitium* Pace in Westphalica, tributum legitur, quamvis jus suum, non, uti Nostrates, exercuerint, nec pro præsentis rerum facie exercere unquam possint. Verum enim vero cum *jus sine exercitio*, cumprimis

mis in Imperio nostro ; terminus inanis sit prorsus , & ipsimet
 Status Rom. Catholici *seculares* ne audeant quidem , intuitu Hie-
 rarchiæ Rom. , sibi Jus ipsum quæst. vindicare , licet re vera illud
 in ecclesiam nostram exercent , arrisit vocabulum *exercitii* nobis ,
 omnem quippe ambiguitatem , & inane disputationem præscin-
 dens. Diximus porro , jus nostrum esse *juris territorialis* exerci-
 tium , id quod ipsa agnoscit *Augustana Confessio Art. 28. Von der*
Bischöffen Gewalt ist vor Zeiten viel und mancherley geschrieben , und ha-
ben eiliche ungeschicklich der Bischöffe Gewalt , und das weltliche Schwerdt
unter einander gemenger ; unde & in subsequentijs Episcoporum
 potestas ad tria restringitur capita , 1) ad jus prædicandi Evange-
 lium , 2) remittendi & retinendi peccata , 3) administrandi Sacra.
 Ex quo porro fluit , jus nostrum esse *partem Imperii civilis* , licet
 ideo ipsa ecclesia non sit pars Reipublicæ , sed saltem *collegium* in Re-
 publica. Hallucinantur hinc graviter quidam Protestantium Jcto-
 rum , quando duplex in Republica admittunt Imperium , *ecclesia-*
sticum , vel *sacrum* unum , alterum *civile* , vel *politicum*. Equidem
ecclesiastica non male distinguuntur a *politicis* , partim ob ambitum
 suum , partim etiam pro Imperii Germ. forma , tanquam diversum
 objectum , unde etiam summa in ecclesiasticis potestas speciali
juris circa Sacra nomine insigniri , & ipsa quoque jurisdictio eccle-
 siastica per Consistoria exerceri solet , in quam rem non male *Autor.*
Med. ad Instr. Pat. c. l. : neque satis , inquit , *est , pro dignitate ne-*
gotii dicere , jus Episcopale esse annexum juris territorii , quia enim
annexa rei communiter vlliori loco re ipsa habentur , itaque tutius erit ,
curam sacrorum inter partes potestativas superioritatis territorialis re-
ferri , & non inter ejus annexa. Non est tamen , quod ideo du-
 plicem majestatem , vel superioritatem , atque duplex imperium
 statuamus , potius est manetque jus nostrum pars imperii civilis ,
 uti nec obscure exinde conspicitur , quod in Summis Principum
 Protest. Tribunalibus promiscue & *Causæ ecclesiasticae* , & *civiles*
 discutuntur. Neque etiam facio cum *Schiltero in jur. Canon. Instit.*
L. 1. tit. 1. §. 2. docente , rempublicam in duas se pandere Societa-
 tes , nimirum in *saeram* , & *civilem* , h. e. *Ecclesiam* & *Politiã* ,
 quæ utraqve diverso gubernari debeat modo. Posterius enim ,
 juxta ea , quæ diximus jam , est apprime falsum. Ipsam vero quod
 attinet distinctionem duplicis societatis , admitti quidem eadem qua-
 dantenus posset , maximum in Rebuspublicis , ubi una eademque eccle-

ecclesia per totam se defundit Rempublicam, uti in quibusdam Germania Provinciis, ut de Regno Sveciæ nil dicam, ubi nimirum Ecclesiæ Status simul regni est (*da die Prieferschaft zugleich ein Reichs-Stand ist*). Verum pro nostri Imperii Status ratione rectius dicitur ecclesia *Collegium*, non *pars* reipublicæ, cum alias hoc sequeretur absurdum: territoria, vel respublicas mixta, in quibus duæ, vel omnes tres adprobata vigent religiones, vel tribus, vel quatuor constare partibus. Ex hocce porro *juris territorialis in ecclesiasticis exercitiis* conceptu sequitur porro, nec eos recta incedere via, quibus Jus Principum Protestantium *papale*, imo ipse Princeps *Papa* vocatur. Ratio, cur B. Strykius in *est. Differentiatione* ita philosophatus est, duplex potissimum fuisse videtur, Immo, ut Principibus nostris indistincte absolutam & prorsus independentem, intuitu Imperii, potestatem, ex quadam *Jurium Papalium & Episcoporum* translatione facta, vindicare posset, quem tamen erroneum conceptum jam refutavimus supra. Idda, ut jura illa peculiariter Pontificis, olim in Capitula Protestantium exercita, uti quidem *Provisionis extraordinariæ, dandi expectantiæ, Mensium Papalium, Annatarum*, & si quæ hujus rei sint plura, Principibus nostris, attribuat. Hoc posterius non quidem vituperari, cum scilicet iniquum foret, si quando Capitula suo territorii domino ea, quæ alias Pontifici concedere debuerunt, atque pendere, denegare vellent. Num vero ideo totum Jus Principum circa Sacra inepto *juris Papalis* nomine insigniri queat, alia quaestio est, quam ego quidem nunquam affirmaverim. Ineptissima denique eorum est doctrina, qui Principi duplicem tribuunt personam, *Episcopi* unam, alteram *Principis*, qua talis, qua quidem ex supra jam notato *Papali* principio, quasi ecclesia pars sit reipublicæ, diversa gubernanda ratione, proflixi. Acriter hanc miseram philosophiam jam perstrinxerunt *JCti Hallenses* præprimis, *Thomasius, Böhmerus*; reliqui, in Scriptis suis, ut & supervacaneum foret his aliquid addere. Non tamen fortasse injucundum fuerit, per potiora hujus *juris circa Sacra* capita commonstrare, ne unicum dari actum, quatenus ad Principem, qua talem, spectat, qui non æque commode per politicam personam, quam clericalem, h. e. *Superintendentem*, expediri queat;

§. VIII.

Primo sese heic loco sistit *jurisdictio ecclesiastica*, quam Principes plerumque per *Consistoria*, non *Dicasteria* expedire solent. Acriter hinc disputatum est super quaestione: num Theologi necessario Consistoriis adsidere debeant, nec ne? *Conf. Ludovici Intrad. in Proc. Consist. Cap. III. & Böhmer in Jure eccles. Protest. L. 1. tit. 28. §. 19.* ubi *Weberus*, Theologus quondam *Hallensis*, his *Jctis* misere vapulat quaestionem simpliciter affirmando. Si dicendum quod res est, rationem nostrorum Consistoriorum non quidem improbandam esse puto, id quod nec etiam *Röhmerus & Ludovici* faciunt; absurdum tamen foret, exin ad absolute necessariam Theologorum adfessionem concludere velle. Dantur re vera Consistoria, quibus non interfunt *Theologi*, v. *Ludov. l. c.*, cumque, uti diximus, in summis Principum *Tribunalibus*, quibus nulli adfident *Theologi*, *Causa* etiam *ecclesiastica*, per Appellationem a Consistoriis eo devoluta, tractari soleant, nullam video rationem, cur neque idem in *Dicasteriis subalternatis* fieri queat. Casus, qui ibi aliquando obveniunt *conscientia*, vel Presbyterio, vel Collegio Theologico *Academ.* deputari possent decidendi, citra, ut inde sequeretur, Theologos necessario in partem jurisdictionis esse vocandos, quemadmodum Medici, qui Judici dederunt Consilium, ideo non ipsimet Judices fiunt. Si etiam, quod res est, dicendum, istiusmodi casuum decisio plane ad jurisdictionem ecclesiasticam, qua causa cognitionem & decisionem non, sed potius ad *jura ordinis* spectant, de quibus mox plura. *Secundo loco* heic veniunt connumeranda *Reservata Episcopi*, (nobis, *Principis*, quia Consistoria nostra secundum rationem *Judiciorum Officialatus* exstructa sunt) maximam partem, ipsum *Jus Diocesanum* conscientia, *conf. Böhmer. l. c. Lib. 1. tit. 28. §. 10. & L. 1. tit. 31. §. 13. 14. & 15.* quo pertinent: a) potestas leges ecclesiasticas ferendi; b) jus disponendi de liturgicis & reformandi *Sacra*; c) dispensandi in *Gradibus matrimonialibus & penis ecclesiasticis*, ut & excommunicandi, quo in primario apud Pontificios *Imperium sacrum* consistit, sanguinem quippe ecclesia non sitiente; d) uniendo, supprimendo & erigendo beneficia ecclesiastica; e) cogendi *Synodos*; f) dandi licentiam *templa* aliaque aedificia religiosa extruendi; g) *visitationes* instituendi; h) in bona ecclesiae aliorumque *piorum Corporum*, tam quoad administrationem, quam dispo-

sitionem; hinc i) Oeconomus dandi; & k) propter curam scholarum publicarum, Professores, Rectores &c. constituendi; l) confirmandi electos, vel postulas Praelatos; m) annatas exigendi, & in Capitula ecclesiastica eadem jura, quae olim Episcopi & Papae habuerunt, exercendi; n) dies festos, vel litanias indicendi, & si quae hujus rei fuerint plura, quae mox ad *legem Dioecesanam*, mox ad *Reservata Episcopi in Jure Can.*, vel potius a *Canonistis* referuntur. Sane! de omnibus hisce *Speciebus*, vel *Capitibus*, quatenus in nostros cadunt Principes, tuto adferi licet, Principes in iis non quia Episcopos, sed quia tales agere; *Horum enim est: leges ferre ecclesiasticas, & externum ordinem atque decentiam tueri; illorum saltem, uti jam dictum est atque probatum: evangelium predicare, peccata remittere & Sacramenta administrare.* Supposuimus hinc in definitione nostra, a parte Principis *ius, tam generaliter, quam specialiter in Ecclesiasticis inspiciendi.* Quatenus enim Ecclesia, tanquam Collegium in Republica, ita accipitur, ut & quasvis *Sectas* minus probatas, v. g. *Judeorum, Aemnonitarum, Socinianorum* & quae hujus furfuris sunt plura comprehendit, item, quatenus cum aliis Collegiis, communitatibus atque Tribibus, per quae ipsa non regitur respública, comparatur, eatenus Principis saltem inspectio est *generalis.* Quatenus vero ecclesia per totam vel Rempublicam se diffundit, vel etiam cum aliis adprobatis Confessionibus in Republica concurrat, & consequenter partes, uti diximus, *juris territorialis potestativas* occupat, eatenus Principis inspectio omnino est *specialis;* prouti & jam recensita *Jurisdictionis ecclesiasticae*, & reliqua *juris Dioecesani* capita (si ita loqui fas est) fat satis innuunt, generalem non haec, uti in reliqua Collegia minorum gentium, sufficere inspectionem.

§. IX.

Non possum probare hinc *Gundlingii, in Discursu super Cocceji Jus Publ. pag. m. 641.* nimis laxum de jure nostro iudicium, quando *ibidem* inter alia: *Das Jus* circa Sacra, inquit, *ist kein sonderlich Jus, das man nöthig hätte* ab attributo, vel objecto rerum ecclesiasticarum, *zu determiniren; sondern es ist ein Jus seculare, quod Principi ea ex ratione competit, quia in reliqua Collegia jus & inspectionem habet. Dieses Jus wird diversimode modificiret in Gilden, auf der Börse, in der Kirche. Weiter können wir dem Mir-*
sten

ßen nichts attribuirem. Unsere Doctores haben viel Wesens gemachet de Jure circa Sacra, und haben Gelegenheit gegeben, daß man dem Fürsten fast gar zu viel attribuiret. Medium tenuere beati, eandem habet in Ecclesia, quam in reliquis Collegiis autoritatem, so bat Er nicht zu viel, auch nicht zu wenig. Warum aber soll ich es ein Jus sacrum nennen, specialiter? So könnte ich ja auch sagen, der Fürst habe das Jus opificale, mercatoriale. Verum, ut taceamus hæc cum iis, quæ habet Gundlingius citato in Discursu alibi, ubi nimirum Principes in Ecclesiasticis prorsus independentes, & absolutos (Souverains) facit, male, imo pessime coherere; ita quoque hic a) notandum venit, non quæri: num Princeps majorem in ecclesia, quam reliqua habeat Collegia potestatem, vel autoritatem personalem, sed potius de eo: numne specialiori in ecclesiam, quam reliqua Collegia opus sit inspectione? id quod tanto minus negandum, quo magis ecclesia a reliquis differt collegiis in ambitu suo. Salus reipublicæ cum salute ecclesiæ nimum coheret quantum, ut tam generalis sufficere queat inspectio, da der Landes-Herr nur so von weiten auf eine Gesellschaft und Zusammenkunft, z. E. Juden-Schulen, Schneider- und Schuster-Gilden, ein Auge bat, daß keine Unruhe daraus in dem gemeinen Wesen entstehe, ut potius credamus, quo majoribus laborat ecclesia malis, eo magis rempublicam affligi ipsam, quod de quovis Collegio, vel tribu Sutorum Sartorumque absurdissimum dictu foret. Cumque inspectio hæc, vel jus inspiciendi in ecclesiastica, supra jam a nobis inter partes potestativas juris territorialis relatum fuerit, nihil prorsus absurdi habet determinatio, vel denominatio talis specialis hujus juris, ab objecto desumpta, intellige locutionem hanc: *Juris circa Sacra*, quæ quidem multo mihi videtur concinnior, quam *Juris Sacri*, uti male Gundlingius, vel *Juris Sacrorum*, uti vult Serykius in Dissert. allegat. sine ratione ulla, *jus Sacrorum* inter, & *jus circa Sacra* distinguens. Hæc posterior *juris circa Sacra* locutio, aliam admittit determinationem, nimirum: *territorialis*, uti dicere queamus: *jus territoriale circa Sacra*. Non autem priores locutionis, cum prorsus absponum foret, *jus territoriale sacrum*, vel *Sacrorum* in medium proponere. b) Largimur Gundlingio ambabus, hæc in materia, plus justo Principibus nostris a Doctores tributum fuisse, verum ideo nec fit specialis illa, quam supponimus, inspectio, *generalis*, neque etiam specialis

cialis illa determinatio inconcinna. Veram quoque omisit prætacti excessus rationem *Gundlingius*, quæ quidem in eo consistit, quod Doctores hucusque speciale quoddam jus circa Sacra Protestantium Principum, præprimis *Evangelicis* proprium, in scenam produxerint, cum tamen considerare debuissent, partim ex ipsa superioritatis territorialis natura, partim etiam per *Pacem Westphalicam*, omnibus indistincte Statibus immediatis, hoc jus tribuatur, licet non citra limitationes, quæ, uti dictum, tacite etiam, quia Principem Protestantem, subintelliguntur.

§. X.

Nunc sigillatim Reservata Principis, vel *Juris Diocesani* capita percurrere atque demonstrare possem, principem in iis omnibus non indigere *Episcopi* persona, verum cum hæc infra repetendi melior fuerit atque occasio opportuneor, tertio denique loco pauca adhucdum de Con- & Institutione Ministerii, (*von Bestellung des Prediger-Amtes*) prænotabimus visuri: num Princeps per actus Superintendententis, seu ejus Vicarii, in Episcopum degeneret? Et puto, Superintendententem omnia, quæ vice Principis sui suscipit, ocreis cum calcaribus indutum gladioque accinctum peragere posse, nisi munus ecclesiasticum obstaret, atque habitus clericalis; unde nec fecerim cum iis, qui contendunt: *Ein Fürst könne eine weltliche Person zum Superintendenten machen*. Licet enim hæc quidem eatenus sint vera, quatenus per Superintendententem nobis saltem principis vicarium concipimus, falsa tamen sunt ex altera parte, quatenus etiam *jura ordinis*, & inspectio in Suffraganeorum vitam, mores atque doctrinam, Superintendententi competunt. Et sic duplicem illam personam, clericalem unam, alteram *secularem*, non in Principe, sed potius Superintendentente deprehendimus; uti ex mox dicendis pluribus constiterit. Spectant vero ad Institutionem Ministerii: *Electio, Vocatio, Examen, Ordinatio, Institutio*, & denique *Confirmatio*. Ecclesiæ ipsi plerumque *Electio* competere solet, citra ullum Principis, in jure suo, præjudicium. Nec male eadem relinquitur ecclesiæ, quippe dum hac ratione omnis præsumptio: *als würden die Pfarren entweder verkauft, oder aber auch durch besondere Gunst und Recommendation vergeben*, evanescit. Interim tamen, quatenus ab antiqua, non satis laudanda, observantia recessum, atque Principi hæc electio soli tributa fuerit, relicto saltem

saltem ecclesiae, sic dicto, *negativo voto*, quod re vera est nullum, cogor quidem fateri, hanc Principis potestatem insignem esse; equis vero non videt, eandem competere Principi, non quia Episcopo in ecclesia, sed quia Principi. Sic v. g. Rex *Sueciae*, tanquam Dux *Pomeraniae*, libere eligit, idem quoque facit potentissimus Rex *Borussiae*, tanquam Elector *Brandenb. &c.* an credis, hac in parte, posteriorem *Episcopum* fieri in Ecclesia *Lutherana*? Eadem competit potestas quoque illustrissimo Duci *Megapolitano*, Patri matris patriae clementissimo, nec eadem destituitur Rex *Angliae* ceu Elector *Lüneburg.*, qui tamen itidem Reformatorum addictus est Sacris, & consequenter Episcopus in ecclesia nostra Evangelica audire nequit. Et quis, quæso! ausus fuerit eandem potestatem Electori *Saxoniae*, *Polygonorum Regi*, denegare, licet is Romano-Catholicæ addictus sit ecclesiae. Quod *Vocationem* attinet, habet eandem Princeps cum Patrono communem. Ergo vel Patronus est etiam Episcopus, vel Princeps intuitu hujus actus non Episcopus. Prius est falsum, vel potius absurdum; ergo posterius verum. *Examen* porro, & *ordinatio* sunt actus mere *doctorales*, vel *ministeriales*, ad ordinem, seu munus *Episcopale*, quod supra *Art. 28. August. Confess.* determinavimus, pertinentes. Quemadmodum vero Sacrorum administratio, & Verbi divini explicatio non est nostrorum Principum (quare olim *Richardus*, *Franconiae Dux*, pessime egit, Sacra faciendo, evaginato gladio ante se altari imposito), ita etiam Superintendens examinando ordinandoque *Candidatum* non Principis, sed Episcopi, quia talis, sustinet vires. Fit enim in specie ordinatio, more apostolico per manus impositionem, atque benedictionem in Nomine S. S. Trinitatis, non Principis. Qui itaque sibi persvaderet, Superintendentem in Actu *ordinationis* Principis personam repræsentare, credere etiam posset, eum S. evcharistiam *Ordinando* propinando dispensandoque, hoc Principis nomine facere, quod profus absonum est. Priusquam ad *Institutionem* progrediar, notabo heic, quasi in parenthesis, de ipsa ordinatione me aliter, uti quidem Doctorum vulgus, & ipsi Pontificii sentire. Hi per ordinationem Candidato imponi characterem indelebilem, eamque ad munus sacerdotale absolutæ necessitatis esse ineptiunt. Prius apud Protestantès non funditus extirpatum esse, vel patet ex eo, quod *depositus*, vel *resignans* valide, licet non impune, sacra administrare creditur, *conf. Thomasi in Dissertat. one de matrimonio liber.*

liber. absque parent. Consensu valido in f., & Böhmerus in Jur. Eccl. Protest. L. 1. tit. 16. §. 10. seqq. Quod ad posterius, Lutherus quidem jam suo dixit tempore: Wer geruffen ist der ist geweyhet, und soll predigen (h. e. Sacra obire) dem, der ihn beruffen bat; das ist unsers Herrn Gottes Weybe und resktes Chrisam, vid. Seckendorff in Historia Lutheranismi L. III. §. 43. add. in f.; prouti & idem confirmat Spenerus in Consil. Germ. Tom. IV. Cap. 7. Art. 4. Sect. 25. in fin. alia inter ita: wie wir ja der Ordination keinen sonderlichen Characterem, oder andere geistliche Krafft zuschreiben (quod tamen, uti dictum, a plerisque Nostratium fieri solet), als daß sie das öffentliche Zeugnis des Berufss, und der ausliegende Segen, umb des Christlichen Gebets willen, nicht ohne Frucht sey. Und wo nachmahls eine Superstition daraus gemacher werden sollte, woltte ich sie (die Ordination,) für meine Persohn lieber nicht, als haben. Praxis tamen etiam Protestantium, heic papizat, & quod miror, non ordinationem solum, sine speciali ad hanc, vel illam ecclesiam, vocatione, vel, uti Canonistæ loquantur, titulo, comprobatur, wie man sonderlich an denen Superintendenten siehet, die ihre Tage keine Prediger gewesen, und doch andere ordiniren, mitbin auch Sacra administriren, verum etiam electo & vocato, ante ordinationem, in casu quoque summæ necessitatis munus sacra faciendi interdicat, quod utrumque tamen & contra praxin Apostolicam, & contra doctrinam Lutheri pugnat. Cæterum ordinatio, tanquam ritus vetustissimus, apud Protestantes magnopere se commendavit, unde nec ego autor fuerim atque svasor, ut prorsus aboleatur, dummodo, a) cum Apostolica, quæ dona conferebat Spiritus S. extraordinaria, non confundatur; b) ad certam ecclesiam, vel, uti diximus, cum titulo, fiat, non generaliter ad characterem clericalem, quippe quæ pura puta papistica est; c) in ipsa ecclesia, cui est præficiendus Ordinandus, peragatur, & ita cum ipsa institutione seu introductione uno absolvatur eodemque actu, sed, uti diximus, Praxis papizat nostra. Postquam enim erronee creditum est, per ordinationem, non tam speciale munus imponi sacerdotale; sed potius singularem gratiam & efficaciam spiritualem, factum hinc est, ut nova inaugurationis species, nimirum Institutio, quæ est solemnitas in officium sacrum & beneficium ecclesiasticum, vel parochiam introductio, excogitata, & Ordinatio in specie, Sedi Episcopali, seu Ecclesie Cathedrali reservata fuerit, quam tamen primitiva prorsus ignora-

ignoravit ecclesia, contenta quippe sola *Electione*, hinc *Vocatione* & *Ordinatione* ad certam ecclesiam facta, conf. *Eöbmerus L. I. tit. 2. per eos*. Ipsam itaque quod attinet *Institutionem*, mirum non est, multis non minus eam involutam esse tricis atque absurditatibus. Existimant quippe Canonistæ, ipsum beneficium cum officio sacro per vocationem *electo* non a Patrono conferri, sed accedere debere partim *verbalem*, partim *realem* Episcopi investituram. *Verbalis*, quam etiam *authorizabilem* vocant, Nostrates *abusivam*, explicatur per solemnem litterarum vocationis traditionem, & jus in beneficium demum dare censetur. Ecquis vero non videt, Patrono hac ratione injuriam fieri. Cujus enim est vocare ad officium & consequenter beneficium, cur non ejus sit etiam, jus dare in beneficium. Et hinc etiam est, quod in praxi hæc investitura Patrono ut plurimum relinquitur. *Realis* e contrario investitura inducit *Vocatum*, vel *Ordinatum* in ipsum officium sacrum, & beneficii possessionem, quæque adeo executio investituræ abusivæ esse videtur, & ipsa est nostra *institutio*, vel *introducilio*. Verum de hac quoque jam alii observarunt, commodius eam quatenus est introductio in ipsum sacrum officium, per ordinationem in ecclesia ipsius Instituendi, expediri, indeque tanquam superfluum quid rectius omitti, quod & quarundam ecclesiarum, v. g. *Argentoratensium*, praxis confirmat. Quatenus vero sumitur pro *immissione* in parochiam & bona parochialia, omni certe ad Patronum, quæ talem, pertinet jure, licet praxis Protestantium hocce iterum non attendat, veteri quippe lyra aberrans papali, unde & jus instituendi ad Principem, ceu summum Episcopum, spectare profitentur plerique. Res ipsa, per me, cum cæteris præterire posset. Principi vero ideo Episcopi nomen tribuere velle, plus quam ridiculum est. Actus enim, qui plerumque intervenire solent sacri, & ad ordinem pertinent, infruente cum ipsa *institutione*, vel *immissione*, quæ tali, miscetur & confunduntur. Graviter hinc hallucinatur *Mevius Part. III. Decis. 134.* jus *instituendi* Magistratui municipali, vel Nobili mediato, licet præscriptione, vel observantia immemoriali munitis, simpliciter denegans. Ex reprobatis enim atque absurdis Principiis argumentatur: a) jura Episcopalia, quæ talia, in Principes nostros esse translata; b) Laicos jurium Episcopalium, ceu spiritualium, prorsus esse incapaces, non vero Principem, Episcopi personam induen-

induentem; & quæ hujus furfuris sint plura. Hujus rei merito contrarium adferit *Böhmerus*, L. III. Jur. Eccl. tit. 7. tam Civitatibus, quam Nobilibus mediatis, jus vindicando *instituenti*, præscriptione quippe munitis. Restat denique *Confirmatio*, quam indistincte cuiusque competere Principi, non constat solum *argumento* S. cit. I. in f. Art. VII. Instrum. Pac., sed & res ipsa jam vult jubetque, ut Princeps confirmet, quæ talis, vel ejus nomine *Confistorium*. Interest enim cujusvis Domini atque Principis, ut sciat, qualem in territorio suo habeat Subditum, five is fuerit Prælatus, five simplex ecclesiæ minister, *massen schon ein einziger unrubiger Dorff. Prieſter im gemeinen Wesen viel Lermen anrichten kan.* Aliam vero, quam *Subditi*, uti *Subditi*, confirmationem Principia nostra non admittunt, ut ex *infra dicendis* pluribus constabit,

S. XI.

Et sic demonstratum esse puto, omnem prorsus *Episcopi* qualitatem in exercitio juris circa Sacra exulare. Restat commonstrandum, quomodo etiam Rom. Catholicis Statibus in ecclesiam Protestantem vindicari queat. Dico: *Statibus*, idque quæ talibus, unico saltem excepto casu, de quo mox. Archiepiscopis, Episcopis reliquisque Prælatis Rom. Cathol. hinc, quæ Principibus, & Statibus Imperii, non quæ Clero Papali, istiusmodi potestas in nostram ecclesiam, competit, prouti & nostra jam vult definitio. Sed dicis: quæ ratione jus quoddam, quò carent ipsimet, in propria ecclesia, in alienam exercere possint? *Respond.* Non tam jure, quam exercitio juris in Sacra propria, h. e. Rom. Catholica carent, quippe dum, secundum nostra Principia, de quibus jam supra actum, nec Papa, nec Episcopi, quæ tales, sint iusti juris circa Sacra, possessores, unde omni, quo volunt, momento, integrum est Statibus etiam Rom. Cathol. sacrum illud, quo hucusque vitio caruerunt suo, dominium injustis usurpatorum manibus extorquere, id quod tamen citra novam vix procederet reformationem. Instar porro Status Rom. Catholicos jure aliquo circa Sacra Lutherana prorsus esse indignos, cum olim proficuum ipsismet *Lutheri* reformationem manibus pedibusque repulerint. *Resp.* Sunt nostra Principia de jure quæst. adeo sana, & rationalia, ut &, secundum *August.* Confessionem ipsam, magis ecclesiæ proficuum sit subesse Superioritati territoriali, quam Territorii Non-domino parere,

parere. Unde Status Rom. Catholici fuerunt jus quoddam consecuti, de quo ne forsitan ipsimet quidem cogitavere. Quæ enim Superioritati insunt territoriali, ea omni occasione sese non possunt non exferere, remotis saltem talibus impedimentis, quæ ipsæ Leges Imperii faciunt. Quo refero casum §. 47. *Art. V. Instr. Pac.* quando ibidem inter alia ita: *Catholicorum Augustanae Confessionis addicti Status provinciales & Subditi, qui Anno 1624. Ecclesiasticam jurisdictionem agnoverunt, in his casibus modo dicte jurisdictioni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis ratione processus nil injungatur Augustanae Confessionis, vel conscientie repugnans.* Sane hicce unicus casus est, ubi jus territoriale in ecclesiasticis Statuum Rom. Cathol., tenebris Papatus aliquantum offuscatur, ratione saltem *Episcopalis*, non *territorialis*, habita juris; non vero ita in §. 30. *Art. V. Instr. cit.* uti verba primo secum ferre videntur intuitu. Sunt autem sequentia: *Hoc tamen non obstante* (intellige Jus territoriale in ecclesiasticis, de quo §. ant. actum fuerat) *Statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui, sive publicum, sive privatam Aug. Confessionis exercitium Anno 1624, quacunque anni parte, sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola demique observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum una cum annexis, (quo etiam, juxta cit. Pacem Religiosam §. 20. referri possunt: Religion, Glauben, Kirch-Gebräuche, Ordnungen und Ceremonien) quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare potuerunt. Cujusmodi annexa habentur institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum, quam Ecclesiasticorum, jus patronatus aliæque similia jura.* Videri posset hinc fluere: *Ist die Protestantische Kirche; welche in Anno 1624. die Bischöfliche Gerisbarkeit erkennt; und auch darunter geblieben, von dem Jure territoriali circa Sacra frey, wie vielmehr ist die Kirche ihr eigener Herr, welche in Anno 1624. von der Bischöflichen Gewalt schon befreyet gewesen, und ihr eigenes Consistorium gehabt.* Verum, licet Deo debeamus gratias, quod talis ecclesia satis reddita fuerit secura, neutiquam tamen dici potest liberam esse eam a jure territoriali, quippe quæ libertas eidem plus, uti mox videbimus, obfutura, quam profutura esset. Unicum, uti diximus, juris territorialis in ecclesiastica, impedimentum *Papatus* est, hoc cessante, mox radiat jus nostrum, in quacunque etiam illud referat persona illustri, quamvis Leges Imperii fundamentales, in

specie Instrumentum Pac. Westf, ubivis salva relinqvi debeant atque illaesa.

§. XII.

Quæritur itaque, quomodo Principi Rom. Catholico jurisdictione ecclesiastica, quam supra primo loco ad jura Principis territorialia circa Sacra retulimus, adscribi queat, cum tamen *Institutio Consistoriorum* expresse heic in §. cit. 30. inter *annexa* August. Confessionis, quæ alias Superioritati Principum Rom. Cath. exempta creduntur, expresse connumeretur? Respond. Res salva est. Dummodo consideraverimus ante omnia, jus, quod talis ecclesia in *Anno decretorio*, cum libero exercitio Religionis habuerit, eam non, nisi ex mera indulgentia atque concessione Principis exercuisse, vel Domini Territorii. Hac supposita Principum Rom. Catholicorum indulgentia, vel si mavis, conniventia, Paragraphus citatus trigessimus ita accipiatur & explicetur fas est, ut, ecclesiæ nostræ omnis accedat securitas, respectu liberi Religionis exercitii cum annexis, Juri vero e contrario territoriali, quantum possibile est minimum decedat. Sane mutata est scena per Pacem Westph. in id, ut non magis revocabiliter vel precario exerceat ecclesia nostra jus suum, non vero hoc adeo extendendum est, quasi particulæ juris territorialis in eam sint translatae, quas nunc jure profus proprio, vel privative, cum exclusione Principis, territorii Domini, exercent. Neutiquam! Et sic nihil impedit, quo minus dicamus, ipsam Principis Superioritatem territorialem etiam per Consistoria quæstionis exerceri. Cujus rei non leves habeo in promptu rationes. Jurisdictione enim ecclesiastica, uti diximus, pars est juris territorialis *potestativa* quæ vix ac ne vix quidem in Subditum potest transferri, minimum non privative. Porro Sententiarum vis atque anima quasi est, executio, sine qua, quippe tota jurisdictione foret campana sine pistillo. Certe hanc exequendi potestatem Consistoria quæst. unice Principi acceptam ferunt, ut adeo absurdum foret territorii Dominum ab hac excludere jurisdictione. Unica difficultas, quæ heic moveri possit, in eo consistit, quod actus jurisdictionales, vel judiciales in istiusmodi Consistoriis non Principis expediri soleant nomine. Verum, si dicendum quod res est, talis expeditio est purum putum *formale* extrinsecum quod in *esse* atque effectu nihil ponit, dummodo constet aliunde, Judicium, vel Consistorium suam habere

bere auctoritatem a Principe. Verum heic magna lis nascitur nobis cum Böhmero in *Jure Eccles. Prot. L. 1. tit. 28.* ubi §. 42. supponit, eo sensu, quo Canonistæ Vicariis Episcoporum seu *Officialibus* jurisdictionem adscribunt ordinariam, nimirum quod habeant eandem non immediate ab Episcopo, quam potius a *lege ipsa*, atque *Canone*, item, quod ab eorum Tribunalibus ad Episcopum appellari nequeat, Consistoriis Protestantium Principum non posse tribui jurisdictionem, tum quia ab eis concessa sit appellatio ad Principem, tum etiam, quia immediate, & non aliunde, jurisdictionem a Principe habeant, hocque intuitu dici queant habere *delegatam jurisdictionem*, & tandem §. 43. *c. l.* concludit: *Admitto tamen, etiam Consistoriis A. C. addictorum in priori sensu competere ordinariam jurisdictionem, si in terris Catholicorum Statuum in usum Subditorum Protest. sunt constituta, quatenus Anno 1624. ibidem viguere; Hæc enim jurisdictionem suam non habent immediate a Domino territorii, sed a lege publica Imperii, adeo ut ea tollere haud possit.* Verum heic multa veniunt monenda. a) Comparatio Consistoriorum Evangelicorum, solidioribus subnixorum fundamentis, quam quidem spurii illi officialatus, cum his, multas incommodas & ipsimet Böhmero odiosas gignere posset conclusiones, v. g. Principum jura, *Episcopalia* esse, atque per istiusmodi Consistorium exerceri. b) Ipsa hæc, si admittatur, comparatio, magis est tamen contra Böhmerum, quam pro eodem. *Officialis* enim jurisdictio si vel centies ideo, quod perpetuo facta est, *ordinaria* fere accedere videatur, quam ipse Böhmerus in *anteced.* § 7. allegat rationem, est tamen & manet *vicaria*. Hinc sequitur prono alvo, etiam talium, de quibus heic quæritur, Consistoriorum Jurisdictionem esse vicariam. Atquin cum nostris Principiis pugnaret, si dicere quis velit, jurisdictionem hanc nomine *Ecclesie* administrari, vel exerceri *ipsius*; ergo nil superest, nisi, quod talis jurisdictio Principis nomine expediatur. c) Falsam est quoque Consistoria quæst. jurisdictionem suam non habere immediate a territorii Domino, sed a *lege Imperii publica*. Jus suum omne atque auctoritatem originitus habent ex Principis indulgentia atque concessione. Anno enim 1624. talis Imperii lex, quæ heic supponitur, nondum in rerum Natura extitit. *Firmitatem* vero NB., non *auctoritatem*, Legibus Imperii, & in specie *Paci Westph.*, acceptam ferunt debentque, ita, ut ex tunc Princeps Rom. Catholicus neque tollere eadem penitus, neque directe, vel indirecte eorum



jurisdictionem turbare queat, id quod, pacto unanimi atque transactione, qualis est lex Imperii quaest, ita complacuit, ut adeo haud incommode dici queat, istiusmodi Consistoria jurisdictionem habere suam, semel pro semper, *pacto atque transactione*, in perpetuum *delegatam*. Hæc saltem, non alia, est nostrorum Consistoriorum, & eorum, quæ in Territoriis Rom. Cath. Statuum vigent differentia. Certe, postquam illustrissimus Elector Saxonicus Romana amplexus est Sacra, nullum superest dubium, quin & Consistoria *Saxonia*, v. g. *Dresdense* utpote Summum, *Wittenbergense*, *Lipsiense*, & si quæ fuerint plura, legibus Imperii, præprimis, *argumento* §. 1. *Art. 7. Instrum. Pac.* a minori ad majus ducto, ita munita sint, ut nulla ratione tolli queant. Nequis vero exinde intulerit, hæc Consistoria non *vicariam* habere, sed *propriam* jurisdictionem independentem ad Dominum Territorii, h. e. Illustrissimum Electorem, & Potentissimum Poloniæ Regem? Quænam vero sit differentia, quoad jus nostrum, inter Principem, vel Statum Imperii, qui tempore jam Reformationis, vel etiam *Pacis Westph.*, Rom. Catholicus fuit, & eum, qui postea ad Castra transit Rom. Catholica, hoc mihi hucusque nondum licuit invenire, & si vel centies posterior nomen *Status August. Confessionis* retineat.

§. XIII.

Provocat quidem in *subsequentibus Böhmerus* ad exemplum Consistorii *Hildesensis* ad normam *Anni decretorii* instituti, idque non *delegatam*, sed *ordinariam*, vel *propriam* habere jurisdictionem contendit; verum ni fallunt me omnia, hoc ipsum exemplum egregie confirmat sententiam nostram. Dummodo pauca promittamus. Possederat Dux Brunsvicensis in *Anno decretorio* *Episcopatum Hildesensem*, hujusque Subditi causas peroraverant suas in Consistorio *Guelpherbitano*. Anno 1643. Tractus *Hildesensis* archiepiscopo Coloniensi cedebat, vel potius restituebatur. Hinc, Pace inita *Westphalica*, de novo Consistorio, pro subditis Evangelicis, cogitandum erat, cum scilicet impossibile esset, ut Subditi *Hildesenses*, post Separationem, in eo, quo *An. 1624.* usi fuerant, magis litigarent Consistorio. Conveniebatur itaque, in intercessione Subdelegatorum a parte Electoris *Mogunt.* & Duc. *Brunsvicensis* facta, de *Recessu Consistoriali*, Anno 1651. qui inter alia sequentem in modum disponit: *Als zwischen Sr. Churfürstl. Durch-*
lauch-

lauchtigkeiten zu Cöln, als Bischöffen zu Hildesheim, und Dero wohllehrwür-
 digen Dohm Capituls daseibst, zu dieser Commissions-Sache constituir-
 ten Mandatariis an einem, und dann den Stifte Hildesheimischen Aug-
 spurgischen-Confessions-Landsständen und Unterthanen an andern Theil,
 wegen Wiederanstellung eines Evangelischen Consistorii, sich einige
 Differentien ereignen wollen; so seynd dieselbe auf friedlich-wohlmeyn-
 erliche Interposition der Herrn Chur-Mayntzisch, und Fürstl. Braun-
 schweig-Lüneburg, Herrn Subdelegirten, nach Anweisung des Instru-
 menti Pacis Art. V. §. 12. und dessen klaren Buchstaben besagten
 Friedens-Schlusses, (dicitur enim cit. loco annum decretorium nul-
 lum præjudicium generare debere iis, qui ex capite amnestia, aut
 aliunde restituendi venirent, id quod Subditis Hildesiensibus maximo-
 pere proficuum erat, quippe qui uti dictum, proprium quidem,
 respectu subjectionis, non autem Hildesienſe Consistorium habue-
 rant) welche beyde Theile ihnen per expressum vorbehalten, und hie-
 mit sich nicht præjudiciren wollen, endlich sich verglichen, wie folget:
 Anfänglich und fürs erste das Consistorium betreffend, damit nach der
 Vermahnung S. Pauli, alles ordine, juste & decenter in der Kir-
 che bergeben, alle Secten, Irrthum und Confusiones verhütet werden
 mögen, soll dasselbe mit zweyen der vornehmsten Augspurgischer Con-
 fession Predigern im Stifte und mit zweyen politischen qualificirten
 Allessoribus henebst einem Secretario und Scribenten, allerseits von
 besagter Augspurgischer Confession, besetzt, und NB. von Ibro Chur-
 fürstl. Durchl. vermittelt Abstattung eines körperlichen Eydes bestellet
 werden. Pergit Recessus magis adhuc notanter: Dabeneben ist belie-
 bet, daß nebst denen vier der Augspurgischen Confessions-Verwandten
 (auf deren einer Abgang Ibro Durchlauchtigkeiten dem Churfürsten und
 Erzbischoff zu Cöln allemahl zweene für eine Person präsentiret, und
 dem Churfürsten die freye Wahl daraus gelassen wird, als zween Theo-
 logis, und so viel Jctis) zeitlicher Hildesheimischer Cantzler, so oft
 und viel das Gericht von den Augspurgischen Confessions-Verwandten
 angestellet wird, nach seinem Belieben und Gefallen, diesem Consisto-
 rio, umb alles anstatt Ibro Churfürstl. Durchlauchtigkeiten desto besser
 mit zu beobachten, beyzuwohnen, und dasselbe mit bekleiden kan, der-
 gestalt, daß derselbe, wie ohne das billig, primum locum & sessionem,
 auch in denen Sachen, in welchen derselbe Gewissens halber vermag, pri-
 mum votum haben, und darinnen mit Rathen und Decidiren, nur daß
 durch dessen Contradiction keine, für solches Consistorium gehörige
 Sachen,

*Sachen, so wenig in deliberationibus & decisionibus & executionibus gehindert und aufgehalten werden, sondern pluralitas votorum gleich in andern Judiciis, das Directorium aber bey den Augsp. Conf. Verwandten bleiben soll. Sane! qui hæc omnia sigillatim pensitaverit, mox deprehenderit, hocce Consistorium reliquis Protestantium adeo simile, uti quidam unum alteri ovo ovum, esse, nisi quæ firmitatem atque Stabilitatem aliquam deprehenderit differentiam, quæ tamen vix, atque ne vix quidem, in censum venit. Quemadmodum enim jam eandem, vi Legum Imperii, firmitatem tribuimus Consistoriis Saxonis; ita quoque idem de omnibus reliquis statuendum Consistoriis ecclesiarum, post Pacem Westphalicam, viduarum, quarum haud pauca, ne dicam: plurimæ sunt. In omnibus reliquis eadem forma. Constituit quippe Elector atque Archiepiscopus Colonienfis Assessor, eosdemque eligit. Hi Principi jurant Rom. Catholico, ceu Territorii Domino. Is per Cancellarium huic Consistorio præest, vel præsidet (licet per novissimum *Recessum de Anno 1711*, Cancellarius prædicato: *Des Consistorial-Præsidenten* exutus fuerit) & ni me omnia fallunt, Fiscus etiam ad Archiepiscopum spectat. Animadvertit enim *Ludovici* (quem exscripsi) in *process. Consist. Cap. 3. §. 18. Consistoriales* ab Electore Salaria accipere sua, ex quo non immerito ita conjicio. Quid impedit itaque, quominus dicam, etiam per Consistorium *Hildesienfis* jus Principis Territoriale exerceri, si non expresse nomine, tamen a parte ejus, ipsoque facto. In reliqua Evangelica Consistoria Statuum Rom. Catholicorum veterum & genuinorum num hæc concurrant singularia omnia, de eo quidem valde dubito, diffidentibus fortasse istiusmodi specialibus conventionibus, uti quidem heic in *Causa vidimus Hildesienfis*. Quicquid tamen sit, ex supra dictis jam satis constabit, propriam hæc Consistoria, atque independentem, per rei, naturam, non posse habere jurisdictionem, destituta quippe particulis juris territorialis, quo pertinet jurisdictione ecclesiastica, *potestativis*, hinc mediis executivis non, nisi a Domino Territorii mutuandis. Non obstat, quod ab istiusmodi Consistoriis regulariter, etiam ex mente ipsius *citati Instrumenti*, ad Territorii Dominum provocari atque appellari nequeat, quod cum primis argumentum urget *Böhmerus c. l. ex §. Was nun zum vierten Recess. Consist. Hild.*, ubi inter alia hæc leguntur: *Was in solchem Consistorio erkannt, und decidiret, dasselbe solle ohne alle Appellation,**

pellation, und Exception, bey Vermeidung boher und wirklicher Straffe schleunigst von den Beamten exequiret werden (qualis NB, necessitas exequendi nullibi in Legibus Imperii Principibus imponitur ipsis Rom. Catholicis, certissimo indicio, partem jurisdictionis Consistoriorum Evang. cardinalem ex pacto & concessione dependere Domini territorii), id quod adhuc plenius confirmatur in *Recessu novissimo de Anno 1711, §. 18.* ubi inter alia ita statuitur: Zu dieser Jurisdiction soll das Consistorium, weder von dem Thum-Capitul, noch von der Fürstlichen Regierung, Cammer, dem Officialat-Gerichte, noch sonst jemand anders, wer der auch seyn möge, beinträchtigt, solches auch vice versa denenselben durch das Consistorium nicht geschehen: (quibus confusio saltem, atque præventioni causarum præcavetur, non vero propria jurisdictione atque independens Consistorio tribuitur) noch die, für das Consistorium gehörige, oder alda rechtsabhängige Sachen von denen avociret, noch vor den Landes-Fürsten, Thum-Capitul, oder ein ander Gericht, es sey unter den Nahmen von Appellation, Recurs, oder unter was für einen Pretext es sonst seyn mögte, gezogen, und diejenigen Sachen, so etwa, dem zuwieder, an andere Gerichte bishero gezogen worden seyn mögten, wieder dahin, & vice versa, verwiesen werden. Nam, quicquid etiam ex his intulerit Böhmerus, animadvertit tamen ipse ex subsequenibus hujus Recessus, ubi totum Consistorium, ut suspectum recusatum fuerit, (quod & de casu querelæ de denegata & protracta justitia non male intelligitur) dari ad Episcopum, vel sede vacante, Capitulum recursum, licet ita, ut quatuor Aug. Conf. addictis, & speciali juramento ad talem actum adstrictis, res committatur decidenda, itidem certissimo indicio, dependere hocce Consistorium a Domino Territorii. Accedit, quod cuivis Statui Aug. Concessionis liceat, unum, vel alterum Consistorium, citra ullam juris circa Sacra amissionem, tali instruere auctoritate, prouti & revera Consistorium *Dresdense* hac pollet autoritate, ut nulla appellatio ob eo ad Electorem locum inveniatur. Sunt itaque istiusmodi Consistoria Evangelica pro summis Principis, vel Territorii Domini, in ecclesiasticis accipienda Tribunalibus, idque & rei jam svadet natura, vel ratio status. Sunt enim Romano-Catholici, tam quæ ecclesiastica, quam matrimonialia, alienis prorsus imbuti principis, unde, si ab istiusmodi Consistorio ad aliquod superius Collegium Rom. Cathol. res devolveretur controversa, vel causa, eadem vel

ineptis committeretur iudicibus, vel etiam Principem Rom. Cathol. oppeteret habere secretius atque intimius quoddam, ex Aug. Confessionis addictis Confiliariis compositum Collegium (*einen Ober- und Geheimen Lutherischen Kirchen-Rath*) quod itidem multis incongruentiis anam præbere posset. Unde optimum erit omnino, ut *Consistoria quæst.*, jure de non appellando instructa sint, ut & ex §. 30. *cit. Art. V. Pac. Westph.* recte evincitur, citra tamen Juris territorialis in Sacra præjudicium ullum,

§. XIV.

Evidèta sic jurisdictione ecclesiastica Principum Rom. Catholicorum, qua Dominorum Territorii, in Ecclesiam *Lutheranam*, vel in genere, *Protestantem*, ad *Legem* sic dictam *Dioecesanam* nobis, vel *Reservata Episcopi* (quæ duo capita, nostrorum Principum intuitu, non male combinantur, vel potius promiscue proponuntur) transgrediendum foret, nisi pauca adhucdum, *de jure decidendi controversas Theologorum, in causis fidei*, degustanda venirent. Acriter hac de re Theologos inter & Jctos pugnatum est. Eorum quidam hæresin fovent Papalem: dogmata fidei per modum sententiæ judicialis decidi posse atque publicari, ita scilicet, ut ecclesiæ, vel potioribus ejusdem membris atque Doctoribus, relinquatur decisio causæ in se spectatæ, brachio autem seculari directio negotii juxta atque executio. Huic sententiæ admodum papizanti merito sese opposuerunt *Thomasius in tract. Vom Recht eines Evangelischen Fürsten in Theologischen Streitigkeiten*, & *Böhmerus in Jure Eccles. Protest. L. 1. tit. 1. per tot.*, statuentes (nec male) prius omnem religionis tollere libertatem, (*alle Freyheit in Glaubens-Sachen*) nec in istiusmodi controversiis judicialiter decidendis, ullas esse Theologis, qua talibus, vel qua ecclesiæ membris representativis, partes deputandas, nisi quatenus Princeps eorum uti consilio velit, sed totam causarum decisionem Principi competere privative. Ne vero in aliud incidant extremum, statum controversiæ sic formant, ut Principi quidem potestatem relinquunt judicialiter definiendi decidendique: quænam, ex controversis, doctrina publice doceri queat, nec ne; non vero: quænam doctrina sit vera, quæque cum sacris conveniat literis, nec ne. Hoc *medium* multis rationibus commendat *Böhmerus c. 1. § 32.*, quod nimirum, hac ratione, verum a falso (id quod in tanta opinionum discre-

pantia

pantia impossibile sit) non simpliciter, & quasi violenter dirimatur, quæ olim *Conciliorum* pestifera praxis fuisset, sed singulis relinqvatur in rebus fidei arbitrium privatum salvum; uti nec fiat talis decisio, nisi reipublicæ, ne, controversiis gliscitentibus, tranquillitas ejus turbetur, intuitu, adeoque nequicquam necessaria sit, nisi status Reipublicæ hoc urgeat, jubeat, postulet, quæ ratione cessante, tolerantia sit præferenda, & quæ hujus rei fuerint plura. Certe! veram hanc esse doctrinam, secundum *Regulas Politices* generalis, ego quidem fateor lubenter. Num vero hæc *media sententia* intuitu Principum Germaniæ locum inveniat, & adplicabilis sit, de eo dubito vehementer. Quisqve videt, non de quibusvis controversiis, quæ partim in Dissertationibus Academicis, partim etiam aliis Scriptis ventilari solent, esse sermonem, sed potius de istiusmodi controversiis, dogmata fidei tangentibus, quæ publice e suggestibus, idque inter unius ejusdemque Confessionis addictos Clericos, proponuntur; *wenn sich z. E. Lutherische Prediger anfangen herunter zu kanzeln, und sich allerhand Sektirereyen und Schismata hervorbun wollen, ob alsdenn ein Fürst also ex ratione Status sagen könne: ihr sollt eure Lehre öffentlich forsetzen, ihr ändern aber sollet das Maul halten, NB. von dem Sireir-Punct.* Nam inter Rom. Catholicos & Protestantés, item inter Lutheranos & Reformatos istiusmodi decisio prorsus foret inutilis, uti & inter adprobatarum trium religionum, & reprobarum Sectarum ministros, nisi, quatenus mutuis convitiis atque publicis calumniis obex ponendus a Principe fuerit. Et in his quidem crediderim terminis, *Thomasii* atque *Böhmeri* sententiam nimis adhuc laxam esse. Quidsi enim Princeps partibus Novaturientium studeret, v. g. sic doctorum *Pietistarum*, & horum, non *Orthodoxorum*, publice profitendam adprobaret doctrinam? Sane! quantum memini, casus, quem & Deus avertat, extitit hic nondum. Dubito autem, si extiterit, *Orthodoxos*, presse *Lutheri* vestigiis insistentes, præ *Pietistis* esse tacituros. Stetit enim jam per duo, & quod excurrit, Secula doctrina *Lutheri*, utputa *Augustana Confessio*, immota, adprobata insuper *Legibus Imperii publicis*, quam, non aliam & novam, tuendi gloria est Principi relicta, quicquid etiam clamitent Schismatici, vel *Pietistæ*: *Sie wären die rechten ächten Lutherischen Prediger*, ad quod non immerito applicari potest illud: *tarde nimis venire Bubulci.* Odoratus est hanc objectionem *Böhmerus*, unde l. c.

§. 34. scribit: *Quodsi urges, ita Principem posse doctrinam verbo divino contrariam adprobare & infinitam hominum multitudinem in perniciem deducere; respondeo, 1) in tanta dissensione circa articulos fidei id liquido ostendi non posse, cum qualibet Secta Scriptura s. innitatur.* Verum jam præmonuimus, sermonem heic plane non esse de controversiis diversarum Ecclesiarum, vel etiam Sectarum, componendis, id quod non Principis, quia Principis, negotium est, vel esse potest, cum quælibet Ecclesia, & quælibet Secta, ex Confessione formulaque fidei suæ, non possit non alteri esse contraria; sed potius de unius saltem Ecclesiæ Consortibus discordantibus, & in specie de controversiis, quæ inter Aug. Confessionis addictos duntaxat agitantur. Ubi quippe sat liquido ostendi potest: quanam doctrina cum Augustana conveniat Confessione, nec ne, quippe sat clare articulis disposita suis, unde omnia ea, quæ innovant quidpiam, & contra universalem Lutheranismi praxin introducuntur, non possunt non male sentire, & si vel centies, (quod ex impossibili admittam) Sacræ respondeant Scripturæ; quæ quippe, uti *litis materia* (cum Pontificiis loquendo) non tam, quam *Augustana Confessio* publicis Imperii Legibus recepta est atque adprobata, neque hinc in causis dirimendis controversis, a parte Principis, ceu Territorii domini, pro fundamento adsumenda decidendi, *Denn welche Lehre mit Gottes Wort übereinkomme, oder nicht, das kan der Fürst, als Fürst, nicht untersuchen, wohl aber als ein Mitglied, communicative mit den vornehmsten Lehrern der Kirche; nur daß auch sodann keine Glaubens-Artikeln, durch einen Richterlichen Spruch gleichsam, wie vor Zeiten in denen Conciliis geschehen, den Leuten eingebunden, oder wohl gar bey Strafe anbefohlen werden (welches compelle intrare die Hauptstütze der päpstlichen Hierarchie ist) vielmehr einem jedem seine Glaubens-Freyheit gelassen werde.*

§. XV.

Quatenus itaque Pietista, ut redeamus in viam, commonstrat, doctrinam suam cum *Augustana Confessione*, *Libris Symbolicis*, & quæ istiusmodi formulæ universales fuerint plures, iisdemque inædificata generali Lutheranismi praxi, conspirare, eatenus audendus, nec rejiciendus est. Cum autem hoc pura sit & puta impossibilitas, ad denunciationem veteris Ecclesiæ Lutheranae (quam huic Novaturientium Sectæ merito oppono) a parte Principis simpliciter

pliciter eidem os obturandum, cum is scilicet ex Imperii Legibus fundamentalibus, præprimis Pace Westphal. teneatur ad tutandam Ecclesiam adprobatam, neuiquam sit Romano-Catholica, sive Lutherana, sive Reformata, neuiquam vero Sælam. Dicis: tolerare tamen Princeps Sælam potest; Respondeo: sic est; dummodo a vera ecclesia, omniqve cum ea communione separata fuerit talis secta, denn alsdann weiß man, wofür man solche Leute halten soll, nemlich für kein Theil einer adprobirten Kirche, sondern so etwa für eine Quäcker- oder Juden-Schule. Quatenus vero istiusmodi Homunciones participes veræ ecclesiæ atqve religionis Lutherane esse manibus pedibusqve contendunt, & tamen revera divortium faciunt ab ea, eatenus simpliciter sunt exhibilandi extirpandiqve. Nec ulla hac ratione conscientis vis infertur. Glauben kan ein jeder in der Republicke was er will, nicht aber lehren, massen durch das letztere die Landes-Unterthanen und Kirchen-Eingepfarrte verführet und verleitet werden. Wenn also die Pietisten und Quäcker nur keine Pfarren ambiren, und so für sich mit ihren Heiligen und Gläubigen ihren Privat- und Winckel-Gottes-Dienst, wie z. E. eine Juden-Schule, verrichten wollen, so kan der Fürst sie immerhin dulden, sonst aber nicht. Et licet salus Reipublicæ, quod urget Böhmerus, istiusmodi rixis & controversiis, non quidem periclitet, non tamen tolerantia svadenda est, potius oportet Principem reminisci illius:

Principiis obsta.

Denn wenn die Sache erst zu weit eingerissen ist, so ist es zu spät, den Religions-Disput zu entscheiden. Et sic facilis fuerit responsio ad ea, quæ in subsequentiis adhucdum subnectit Böhmerus, (contra quem, tanquam Pietistarum defensorem, cave omnino credas, me disputare, quippe dum instantia, quam a Pietistarum exemplo desumendam duxi, B. Viro ne in mentem forsitam venerit; potius mihi res est tantum cum ipsius atqve Thomasi Principio, in se spectato, conclusionibusqve inde propullulantibus) secundo loco, ad objectionem, quam sibi fecerat ipse, replicando: adprobationem hanc tantum respicere doctrinam publicam, non vero adimere singulis iudicium, ut eam secundum verbum divinum examinare & probare in animæ sue salutem possint; quid quæso! enim profuerit miseris Laicis iudicium, vel arbitrium privatam, ubi ecclesiarum ministri atqve sacerdotes Heterodoxi fuerint, Wenn nur erst

den Pietisten die Pfarren und folglich auch die Cantzeln angewiesen werden, so wollen sie genug recrutiren Wer siehet aber nicht, daß dadurch der einmahl, in den Reichs-Grund-Gesetzen, adprobirten Lutherischen Kirche offenbahr Gewalt und Unrecht geschehe? Quæ tertio loco apud Böhmerum sequuntur ejusdem farinae sunt, quando scilicet pergit: denique & hoc addo, principem pro lubitu non quamcunque doctrinam adprobaturum esse præsumi. Quod enim hoc facere possit, dependet ex jure imperii, at quomodo in adprobanda doctrina se gerere debeat, ibi merito examen secundum Scripturam S. instituire, & matura deliberatione tandem determinare debet, qualem doctrinam Scriptura S. conformem esse judicaverit. a) Enim heic non quæritur, qualis præsumtio præ Principe militet nec ne? denn ein Unterthan muß, nechst Gott, alles beste Vertrauen zu seinem Landes-Herrn haben, Er sey Römisch-Catholisch, oder Reformirt, oder auch Lutherisch, sed potius qualis doctrina publica Principis mereatur tutamen: num Novaturientium, an eorum, qui citra ullam novationem primorum nostrorum Consensuum praxin continuant? Et quisque videt horum, non eorum doctrinam in Imperio esse adprobata, nisi docuerint prius Pietista, quos exempli loco retinebimus, ecclesiam Lutheranam magnam, ut ita, respectu horum Sectariorum, loquar, a prima Augustane Confessionis praxi descivisse, quod illis impossibile fuerit, prouti nec etiam in eo ullam a Principe merentur attentionem, quando in ecclesia florente vigenteque, primam Apostolorum affectant praxin, & sub istiusmodi simplicitatis prætextu virus evomunt suum. b) Falsissimum est ex jure Imperii vel majestatis dependere: qualem Princeps doctrinam publice docendam adprobare velit, nec ne? Qualis qualis etiam fuerit Principis in Sacris & Ecclesiasticis potestas, in nostro Imperio certe non, nisi trium ecclesiarum adprobatarum doctrinæ, publice recipi atque comprobari possunt. Quanam vero fuerint illæ tempore Transalpinorum Religiosorum? hocce non docent solum tot fidei formulæ, sed & universalis Germaniæ praxis, ut adeo absurdum sit, cum Brunnenmanno in Jure Eccles. L. 1, cap. 2, S. 16, scrupulari: quanam sint Orthodoxi, quanam vero Hæterodoxi? Quando enim inter alia refutat eos, qui Principis, seu Magistratus civilis judicium, in controversiis Theologorum, recte sentientium Doctorum atque Pastorum judicio conforme esse debere, statuunt, ita male pergit: Nec enim ideo orthodoxi sunt, qui se tales esse profitentur, cum idem faciant hæterodoxi.

doxi. Nec ideo tales habendi, quia numerò vincunt, cum sepe hereticorum numerus sit major, uti olim, cum ingemiseret mundus, seque Arianum factum esse miraretur, ut Hieronymus scripsit. Heic enim plane non quæritur; quanam doctrina proprius accedat Sacre Scripturae, vel non? quippe quæ decisio ad Principem, quæ talem, non spectat; sed potius: quanam doctrina communi August. Confessionis Praxi magis accedat, nec ne? Und da müste es ja wohl ein großes Unglück seyn, wenn das nicht sollte heute zu Tage ausgemachet werden können. Die Zeiten, da die ganze Christliche Kirche, ich meine die Orientalische und Occidentalische, sich beyweilen in zwey Theile zer-spaltet, sind vorbei; es steht auch, nechst Gott, nicht zu vermuthen, daß in unser Lutherischen Kirche, ein so starkes Schisma sich ereugen sollte; denn obgleich die Schwärmer das Syttema unser Evangelischen Kirche benaget, so haben sie es doch noch nicht durchgefressen, oder ein Loch darinnen gekriegt. Wenn also heute zu Tage unter denen Herrnbüt-oder Dargunsehen Schwärmern, und unsern Predigern gestritten wird, so gebühret dem Fürsten, als Fürsten, nicht zu untersuchen, welche Lehre dem Worte Gottes zum nechsten komme, massen solche Untersuchung itz viel zu spät seyn würde, da nemlich die letzteren bereits Præsumptionem juris, & de jure, wie die Juristen reden, vor sich haben, daß also keine Probatio in contrarium weiter Platz greiffet, sondern nur bloß dieses: ob jene ihre Lehre aus der ersten Lutherischen Praxi deduciren, und ganz genau mit derselben vereinbahren können? Ist dieses nicht, (wie es denn auch nimmer geschehen wird) so muß er den Schurcken entweder das Maul halten beißen, oder sie auch zum Teufel jagen. Ridiculum profus denique c) est, quando Böhmerus Principem determinare debentem: quanam doctrina publice doeri queat, nec ne? ad scrutinium S. Scripturæ ablegat. In antecedentibus expressissimis, uti & audivimus, adstruxerat: Principis decisionem in causis religionis controversis non præcise eo tendere, ut verum a falso dirimatur, sed potius, ut omnia ordine atqve quiete fiant, nec in Reipublicæ statu turbæ subnascantur, id quod summopere laudo, probò. Quomodo vero heic Principi injunxerit maturam deliberationem: qualis doctrina S. Scripturæ conformis sit, nec ne? Hier soll der Fürst fleißig die Bibel lesen, um bestimmen zu können, welche Lehre derselben am Ähnlichsten sey, welche doch kurz vorher bey ihm gar nicht nöthig war. Quomodo quæso! hæc coherent? Lari-gior ambabus Principi necessarium esse, sacras scrutari literas, sed non

non quæ tali, in Decisione Causarum controversarum, sed quæ Christiano, & membro ecclesiæ suæ. Ein Fürst muß die Bibel lesen, als ein Christ, nicht aber als ein Fürst, und wenn die Rede ist Theologische Streitigkeiten zu decidiren, so hat er doch wohl was vorzunehmen, ich meyne, die Reichs-Grund-Gesetze, als in der Bibel zu lesen.

S. XVI.

Quemadmodum itaque ex falsis præmissis nunquam vera promanaverit conclusio; ita etiam consequentia, quam ex præcedentibus falsis subnectit Principis Böhmerus non potest non esse falsa. Et ita, pergit, ex hac publica adprobatione juridice loquendo doctrina ecclesiæ dicitur orthodoxa, prout observat Schilterus de Pace Relig. cap. III. §. 3. p. 190. inquit: „Non potest præsentis in negotio orthodoxya aliter æstimari, nisi ex conscientia atque judicio ipsius summæ Potestatis in quavis Republica post justam causæ cognitionem & scrutinium cum Clero & Statibus.“ Quæ ratione a) Böhmerus ad Schilterum provocare potuerit, ego quidem non video. Hic, uti sat clare innuunt verba, ad stabiliendam orthodoxyam politicam seu juridicam, requirit Scrutinium, NB. cum Clero & Statibus, contra quod tamen Böhmeri tota disputatio directa est. Equis vero non videt b) non minus etiam Schilterum ineptire, quando orthodoxyam statuit dependere ex Principis conscientia atque judicio, & nihilominus Cleri consensum atque Statuum requirit. Denn das versteht sich schon von selbst, daß, wenn der Fürst, die Priesterschaft und Landes-Untertanen wegen, und über einer Lebre, einig sind (so wie zur Zeit der Reformation geschehen) dieselbe, juridice loquendo, notwendig orthodox seyn müsse. Allein der Casus komme so leicht nicht wieder vor. Nos loquimur de jure Principis determinandi orthodoxyam in ecclesiæ jam stabilita, non stabilienda, ubi absurdum proffus dictu foret: eam ex Principis dependere conscientia atque judicio. Verum quidem est c) orthodoxyam, juridice loquendo, ex publica dici adprobatione, sed NB. publica Imperiis adprobatione, neutiquam Principis. Et sic, juridice loquendo, in Germania habemus tres Orthodoxyas, Romano-Catholicam quippe, Lutheranam, seu Evangelicam & Reformatam. Has tres Orthodoxyas tueri oportet quemcumque Principem, quali quali etiam, ex tribus adprobatis, religioni addictus fuerit, ille, id quod nec Böhmerus, nec Schilterus attenderunt, tribuentes quippe jus determinandi orthodoxyam, defini-

finiendiqve Cleri controversias , soli Principi Evangelico , vel Reformato in ecclesia sua , quod tamen cum generali juris territorialis in Ecclesiasticis conceptu pugnat. Ein Römisch-Catholischer Reichs-Stand will, und muß ja so woll in seinem Lande Ruhe und Friede haben , als ein Protestantischer. Queritur itaqve : quid sit faciendum , wenn sich die Priester in die Haare liegen , und daraus Unheil in dem gemeinen Wesen zu befürchten ? Respondetur Niches anders , als daß es der Fürst mit dem grossen Hauffen halte. Es ist nach den Reichs-Grund-Gesetzen schlechthin nicht möglich , daß er denen Sectirern , oder Neulingen , was die Adprobation der öffentlichen Lehre anbetrifft , beystehen könne , und wenn er auch hundertmahl in seinem Hertzen dieser Lehre beypflichtete , und sie annähme. Oder , man müsse denn sagen können , daß das , was der Fürst für gut befände , auch öffentlich gelehret werden müste , quod itidem nimis futurum esset periculofum. Quodsi vero Schisma adeo contingeret magnum , ut dubitari queat : quamnam doctrina Confessioni receptæ & praxi universali , quæ uti antecedens & consequens coherent , magis accedat , vel non ? decisio & tum foret facilis causæ , per Collegia extranea nimirum , non suspecta , id quod & Principi Evangelico tali svadendum casu esset ; ut itaqve , ne in hoc passu quidem , notabilis Principem inter Evangelicum , & Rom. Catholicum , intuitu Ecclesiæ nostræ , intercedat differentia.

§. XVII.

Restant nunc pauca de *Lege Diocesana* subjungenda , cujus ^{Immo} nobis *Caput* erat potestas Leges ferendi ecclesiasticas. De Principe Evangelico res dubio caret , ut & Reformato in ecclesiis suis. Cum autem *supra* hanc potestatem Principi , qua Principi , & vi juris territorialis vindicavimus , queritur : an etiam Rom. Catholico Principi , qua Protestantem Ecclesiam , competat potestas *Legislatoria* ? Et puto : omnino ; licet hæc potestas aliquantulum magis restricta videatur , quam quidem Principis Evangelici in ecclesia sua. Complectitur vero potestas *Legislatoria* hæc tria jura , a) veteres leges penitus *abrogandi* , b) iisdem *derogandi* , hoc est quidpiam addendi , vel subtrahendi , & deniqve c) *subrogandi* , hoc est novi quidpiam statuendi , & in vicem priorum Legum substituendi. Certe , Leges , vel observantias ecclesiasticas , quæ in ecclesia *Præter. Anno decretoria* viguerunt , a Principe Rom. Catholico non posse abrogari , nec etiam iisdem derogari , satis expeditum est , per loca *supra allegata* *Pac.*

F

West-

Westphal. Idem quoque, intuitu Principis protestantis, religionem mutantis suam, & ad alterius partis Sacra transeuntis, cautum legitur *Art. VII. Instr. Pac. §. 1.* Nescio autem, an fallam, si dixerim, hac quidem in parte nec Principi Rom. Cathol., nec Protestanti quidquam juris decedere sui, cum, uti diximus supra, *Pax Westphalica* pro pacto omnium Statuum publico haberi simul merito queat, quo scilicet tales *ecclesiastica* Leges, semel pro semper, auctoritatem suam obtinuerint *legalem*, adeo, ut haud incongrue dici queat, eas ipsas esse Domini territorii voluntatem perpetuam. Simili ratione nec etiam Principes, de quibus heic sermo est, novi quidpiam statuere possunt, quo vel *directe*, vel *indirecte*; Status ecclesie qui fuit *Anno decretorio*, perturbetur. Sed, ni me omnia fallunt, nec Principi Evangel. licuerit Status ecclesie vel *directe*, vel *indirecte*, novis perturbare legibus, nisi intuitu *bonorum ecclesiasticorum*, eorumque administrationis & dispensationis, innovandum aliquid obveniret in ecclesie tam, quam *reipublice* commodum, quo scilicet casu non erederim adeo esse manus ligatas *Principi Evangel.*, quin hinc inde in legibus quidquam ecclesiasticis receptis *particularibus*, & observantis immutare possit; cum e contrario Princeps *Romano-Catholicus*, & *Protestans*, qui scilicet nova amplexus est Sacra, magis videatur adstrictus *Anno decretorio*, & *Paci Westph.*, ita, ut, hoc quidem in passu, aliqua non invidenda sit prerogativa Principi *Evangel.*; prout etiam ex *infra dicendis* pluribus constiterit. Dixi autem: *in Legibus ecclesiasticis particularibus*. Nam, quod jus *ecclesiasticum commune*, nimirum *Canonicum*, attinet, illud salvis juribus *Capitulum*, salvoque Statu *Anni Decretorii*, simpliciter, idque indistincte, cuius Territorii Domino, ejusdemque potestati, tam *abrogatoria*, quam *derogatoria* subijcio, quippe dum de hocce jure *Instrumentum Pacis* non tam, quam Legibus ecclesiasticis specialibus, i. e., cujusvis loci *particularibus* loquatur; nec puto, heic ad observantiam *Anni decretorii* præcise respiciendum, nisi quatenus de jure quæsito agitur retinendo. Exemplum habebimus infra in casu dispensationis. Cæterum, quocumque casu, nova statuenda fuerit ecclesiastica Lex; in ecclesie utilitatem, toties simpliciter ad Superioritatem recurrentem territorialem, citra quam nulla *legislatio*, proprie talis, in Republica locum invenit. Quamvis enim ecclesia, ad instar aliorum Collegiorum, Statuta condere queat, notissimum tamen est, Collegiorum Statuta demum ex Principis confirmatione *legalem* suam

suam fortiri auctoritatem, id quod probe notandum contra *Böbmerum*, qui, *Lib. I. tit. 2. §. 89. Jur. Eccles.*, argumento cit. §. 31. *Articul. V. l. P.*, in specie verborum: *Aliaque similia jura, Ecclesie Evangel. seu Consistorio Status Rom. Catholici, jus competere leges, vel ordinationes ecclesiasticas condendi*, statuit. Nam, uti jam diximus supra, *Instrumentum Facis*, quatenus de Restrictione summi in ecclesiasticis juris territorialis agitur, vel ejus præjudicio, restrictivam admittere interpretationem, ut, quantum possibile sit, Principis autoritas salvetur, ita etiam exempla, quæ *Böbmerus l. c.* adducit, *Ordinationum istiusmodi ecclesiasticarum*, commode de *privata consuetudinum & observantiarum ecclesiasticarum Collectione* accipi possunt, quæ postmodum, vel confirmata fuerunt expresse, vel, tacita etiam principis accedente voluntate, robur obtinuerunt suum, ut taceam hanc *Böbmeri* conclusionem ex supra jam discusso errore: *quasi istiusmodi Consistoria proprio jure Legem exercent Diocesanam & jurisdictionem ecclesiasticam, non ex Domini Territorii delegatione, promanasse.*

S. XVIII.

Transeo ad *jus disponendi de liturgiis & reformandi Sacra*, h. e., *cultum divinum externum*, ubi mox quisque animadvertit, liturgiam, & in genere totum cultum divinum externum (*Kirchen-Gebäude und Ceremonien*) uti jam supra indigitavimus, inter sic dicta *Adnexa Augustane Confessionis* esse referenda, hinc potestati Principis Rom. Cathol. intuitu ecclesiæ Protestantis, item Principis Protestantis intuitu ecclesiæ Rom. Catholicæ (intellige tales ecclesias, quæ scilicet Anno 1624. omnimodum liberum Religionis exercitium habuerunt) eximenda, per clara *P. Westph. loca*, supra jam allegata, uti §. 30. & 31. *Art. V.* Idem etiam, respectu Principis Reformati, cavetur, in *cit. Art. VII. §. 1.*, per verba: *ut fas ei non sit, vel Publicum Religionis exercitium &c.*: ut adeo nihil, nisi hæc quæstio superesse videatur: *numne Princeps Evangel. in Ecclesia sua Lutherana jus quæstionis exercent, atque exercere possit, qua Princeps, maximum, cum in Pace Religiosa, uti vidimus, cautum legitur: so sie ausgerichtet, oder noch aufrichten mögten*, ex quibus quis posset inferre, Principi Protestanti in Ecclesia sua (cui scilicet addictus est) illimitatam circa Sacra disponendi potestatem competere. Verum, uti jam supra animad-

vertimus; eadem securitatem, quam, per *Leges Imperii fundamentales*, viduatæ Ecclesiæ vindicatam videmus, non posse non conjugata, ut ita loquar, competere; ita etiam totus Contextus *di-cta Pasis Religiose* commonstrat, *Illustrissimos* tum temporis *Pacifcentes Nostrates* non fibimet, quæ Principibus, hac quidem in parte, sed, quæ *Membris Ecclesiæ*, prospexisse, ut adeo sensus sit §. 20. d. P.: daß die geistliche Jurisdiction &c. wieder der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, Bestellung der Ministerien, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen und Ceremonien, so sie (die Stände der Augspurgischen Confession mit ihrer Priesterschaft und Kirche) bereits aufgerichtet, oder noch aufrichten mögten, bis zu endlicher Vergleichung der Religion, nicht exerciret, gebrauchet oder geübet worden solle &c. prouti & revera negotium Reformationis cultus divini externi, seu religionis exercitii, non tam Principum, quam potius Ecclesiæ, seu Theologorum fuit ab initio, confer. *Böhmerus c. l. l. 1. tit. 31. §. 39.* Facile hinc patet, Principem, quæ talem, in Liturgicis, & reliquis cultus divini partibus nil plane disponere, vel immutare posse, bene vero *communicative* cum ipsa Ecclesiâ, nisi NB, quatenus ratio status hinc inde contrarium suadeat. Quatenus vero hæc adest status ratio, eatenus, promiscue cuivis Principi jus circa liturgiam & Sacra in genere disponendi competere, statuo. Ineptum hinc est prorsus, cum *Thomasio in Dissertatione de jure Principis circa Adiaphora*, quæstionem: num Princeps Rom. Catholicus injungere possit Subditis suis Evangel., salva Pace Osnabrugensi, ut in Hymno illo, jam 1624. usitato: *Erhalt uns Herr bey deinem Wort, verba: und steuer des Pappstes und Türken-Mord, omittant aliæque substituant?* multis ambagibus, limitationibus & distinctionibus ventilare, cum res jam ipsa loquatur, magis heic esse quærendum: numne quisque Princeps, vel Status Imperii jam ex ratione politica teneatur & obstrictus sit, ad extirpandum istiusmodi expressiones ad studium incriminandi insectandique magis, quam Deum colendi facientes? Præprimis cum hinc inde in Re-cessibus Imperii expresse atque severe prohibeatur, ne Subditi diverfarum religionum se mutuis proscindant convitiis, prout nec alia *Illustrissimorum Pacifcentium*, atque *Contrahentium Pacis Osnabrugensis Westphal.* mens fuerit, Referrî quoque huc possunt quæ-
rundam precum publicarum inconsideratæ & prorsus indiscretæ allusiones; *Steuere den Pappsten, und Calvinisten, und wehre allem Rotten*

Rotten und Irgeistern, quasi sic velint, sic jubeant Leges Imperii, ut talibus, non aliis, se mutuo afficiant encomiis trium Religionum Consortes. Verum, ut ad *Thomasium* revertamur, decidit quidem & is, quaestionem supra motam, affirmative; sed ex falsissimo superstructo Principio: quasi Principi, quæ tali, jus competat libere circa *Adiaphora* disponendi, nec ulla tali dispositione conscientii vis inferatur, quo tamen nil potest absurdius confingi, cumprimis si per *adiaphora*, cum *Formula Concordiæ*, (quem & ipse *Thomasius* in *Sectione I. c. I.* retinet conceptum) omnia ea cultus divini externi capita, cum rebus eo pertinentibus, intellexerimus, quæ non expresse in Sacris fuerint stabilita, sancita. Eheu! hac ratione, & si Principi, uti quidem vult *Thomasius*, liceret cultus divini rationem ad primævam reducere Apostolicam simplicitatem, templa dirui possent omnia, cum cathedris seu suggestibus, Altaribus & Lapidibus baptismalibus, bona etiam quæcunqve, vel præbendæ adimi Clero, so daß die Priester im Lande, wie die Bettel-Mönche herum lauffen, und unter freyen Himmel Sünde vergeben, Tauffe und Abendmahl halten, und das Wort Gottes predigen müßten. Ecquis talia, vel saltim, somniverit? Canit quidem *Thomasius* in *Sectione II. Dissert. cir.* dulcius quantisper atqve mollius, restringendo usum pragmaticum principiorum, in theoria, adstructorum suorum, ad abrogationem *luminum, confessionis private, exorcismi*, & si quæ hujus rei fuerint plura. Verum enim vero & heic insitimus hypothesi nostræ: Principem quippe circa rationem cultus divini externi nil, nisi urgente *ratione Status*, disponere posse. Quotiescunqve enim talis se offert ratio, toties locum habet *aureum illud*:

Interesse Reipublicæ, vel Salus suprema lex esto ex parte una, ex altera vero:

Seyd unterthan der Obrigkeit die Gewalt über euch hat.

Hujus rei jam habuimus exemplum, cui addi possent & alia, v. g. si Princeps tempus concionandi, ridiculam pompam funebrem cum promiscuo concionum funeralium usu, nuptiarum item solemnium & benedictionis sacerdotalis, actus, qui haud raro in Sub-

ditorum vergunt incommodum, & quæ hujus rei fuerint plura, quæ nec directe nec indirecte ad Religionis exercitium, in se spectatum, pertinent, licet observantiis atque Ceremoniis ecclesiasticis accenseri soleant, certis limitibus includat; ubi sane incivile foret Principis voluntati, qualis qualis etiam is fuerit Confessionis, sese opponere, cum scilicet eidem in omnibus hisce casibus rationes suppetere possint *politice*, quas tamen in actibus profus indifferentibus nullaque ratione Interesse Principis seu Reipublicæ officientibus, v. g. *usu luminum*, *adhibitione exorcismi*, *confessione privata* &c. expectaveris frustra. Probe hoc expendit Gundlingius in *prelaudato Discursu c. l.* ubi inter alia ita: *Wenn der Fürst den Leuten die Religions-Uebung freyläffet, so lasse Er ihnen auch die Adia-phora frey. Quibus addiderim ego: was gebet es einen Fürsten, als Fürsten an, wie die Kinder in seinem Lande getauft werden; oder wie es mit der Beichte, imgleichen mit den Lichtern unter der Communion gehalten wird? indem es ja doch nicht möglich ist, daß Er die drey öffentliche Kirchen (die Er alle in seinen Landen haben kan) in diesem Stücke auf einen Fuß setze. Die Römisch-Catholische Kirche weicht in diesem Stücke von dem Westbältschen Frieden kein Haar, und so viel mir wissend, hat sich auch noch kein Protestantischer Fürst daran gewaget, ihre Kirchen-Ceremonien und Adia-phora, wie sie von dem Anno decretorio hergebracht, zu reformiren. Die Evangelische Kirche hat es ebenfalls nicht nöthig; denn alles dasjenige, was ihr in Ansehung eines Römisch-Catholischen Landes-Herrn, das ist ihr auch in Ansehung eines Reformirten Landes-Herrn versprochen worden, massen das Kirchen-Ceremonial, sonderlich, was den eigentlichen Gottesdienst betrifft, in Zusammenhaltung des Religions- und Westbältschen Friedens, von der Augspurgischen Confession abhanger, mithin ein Theil derselben ist. Nun aber heißet es ja auch unter andern, in Ansehung eines Lutherischen, oder Reformirten Fürsten, Art. VII. §. I. *Instrum. toties citati ausdrücklich: ut fas ei non sit, vel publicum Religionis exercitium* &c., *immutare vel ullam aliud præjudicium, aut impedimentum, directe, vel indirecte alterius Sacris offerre.* Atquin, jam supra evictum dedimus, eam libertatem, quæ *viduata* ecclesiæ procurata est, *conjugata* denegare absurdum fore; hinc fluit per se, Principem Evangelicum, quæ Principem, in ecclesia sua Evangelica, intuitu adia-phorum, æque nil posse immutare, partim, quod ratio deficeret status (nam ob id ipsum, quod sunt adia-phora,*

phora, *weil es unschuldige Mittel-Dinge sind*, nulla adest ratio urgens eadem abrogandi, vel immutandi) partim quod pars sunt Confessionis August., per *Pacem Westph.* & cum Religionis exercitio libero coherent; vel potius ipsam sunt Religionis liberum exercitium; unde jus Principi dare circa adiaphora, nil aliud est, quam ei jus dare in Subditorum conscientias, quippe quæ, si non semper directe, tamen per indirectum vulnerari possent. Exempla sunt odiosa; Respiciatur tamen ad *Seculum procedens*, & quidem famosam illam Controversiam, in Electoribus Saxonico & Brandenburgico, ad cineres usque agitatam, de *Exorcismo*. De testanda hinc est, & ad orcum ableganda *Thomasi* c. 1. doctrina, præprimis quando in adpendice *ditto Dissertationis* adeo impudentia se abripi patitur, ut & statuat: Principem formulas illas missæ liturgicas consecrationis S. S. Eucharistiæ, per orationem dominicam, & verba *Institutionis*, ut & ipsam consecrationem per crucem, abrogare posse. Quamvis enim nobis non innotescat, qualibus formulis usi fuerint ipse *Salvator* & ejus *Discipuli*, summa tamen conscientis vis inferretur, si quando Princeps istiusmodi praxin ecclesiæ antiquissimæ primævam immutare, & vel totam tollere consecrationem, vel aliam eadem formam dare vellet. *Gewiß die Priesfer lieffen alle zum Lande hinaus, und kein Mensch ginge mehr zum heiligen Nachtmahl.* Concludo ex his: quotiescunqve circa liturgiam & Sacra quid venit immutandum reformandamqve; toties non ad Principem, quæ Principem, sed ad totam Ecclesiam tale spectat negotium. Tota autem ecclesia constat ex *Docentibus* & *Audientibus*, seu *Laicis*, quorum Membrum primarium est Princeps. Quotiescunqve vero ratio Status reformationem svadet, urget, jubet, toties negotium unice ad Principem spectat. Et hac quidem in parte nullam deprehendo Principem Protestantem inter, & Rom. Catholicum, differentiam.

§. XIX.

Tertio in medium adduximus loco *jus dispensandi* circa gradus matrimoniales prohibitos, & pœnas ecclesiasticas, quod prius in specie, apud *Protestantes*, regulariter ad Reservata Principis, jurisdictioni Consistoriali exempta, referri solet. Dico: *regulariter*, nihil enim impedit quo minus Princeps etiam Consistorio suo hanc delegare queat potestatem, præprimis cum hocce jus
jam

jam certis inclusum fit limitibus. Hinc potestati legislativæ (ad quam alias jus dispensando spectat) nihil omnino decedit Principis Rom. Catholici, quando Consistorium suum Evangelicum, actus ad Reservata Episcopi vel Legem Diocesanam exercendo, etiam circa gradus matrimoniales & pœnas ecclesiasticas, dispensat. Hoc enim non jure *proprio*, sed vi perpetuæ *Delegationis* fieri evicimus *supra*, ut adeo nec heic *Consistoria* inter *Evangelica* tam insignis sit differentia, quam quidem communiter creditur. Jus denique excommunicandi, quod itidem *supra* ad tertium retulimus Caput, ad nullum omnino Principem, qua talem, spectare, quisque vel manibus palpat. Bannum enim illud *minus* ecclesiasticum, seu excommunicatio a Sacris, ad *clavem* pertinet *ligandi*, & purum putum est Cleri negotium; bannum vero *maius*, seu excommunicatio ab omni omnino commercio cum fidelibus, seu ecclesiæ membris, Protestantibus profus ignoratur, in cujus quippe locum successit ordinaria relegatio.

S. XX.

Devenimus ad *quartum* Legis Diocesanae Caput, quo retulimus *jus uniendo* (ut & *dividendi*), *supprimendi* & *erigendi beneficia ecclesiastica*. Quod *unionem* & *divisionem* attinet, ubi v. g. ex ecclesia matre fit filia, & cum alia conglutinatur matre, *da aus zwoyn Pfarren eine gemacht, und die eine ein Filial wird*, vel ubi ecclesia mater, & filia separantur, & ex hac æque fit mater, *da aus einer Pfarre zwo gemacht, und das Filial seinen besondern Pfarrer bekömmet*, distinguendæ sunt quæstiones hæ duæ. Prima est: num unio & divisio beneficiorum ecclesiasticorum citra Principis, seu Territorii Domini, consensum fieri queat, nec ne? & hanc ego simpliciter nego quæstionem in tantum, ut & credam, hanc potestatem, citra specialem Principis consensum, *Consistorio Evangel.* Status Rom. Catholici nequicquam competere; partim quod unio tam, quam divisio in præjudicium Parochianorum fieri potest, quo casu semper ad Territorii Dominum datur regressus, partim, quod ipsi Principi semper suppetunt rationes contradicendi: antiquo: *Ich will es beyrn alten gelassen wissen*, præprimis cum in unione atque divisione beneficiorum, vel Parochiarum, favor atque odium personarum, & quæ hujus

hujus rei plures fuerint anomalix, in ecclesiam immigrare queant. Altera est quaestio: num Princeps citra Parochianorum, vel Ecclesiae consensum unire vel dividere queat? Et heic aliquam praerogativam Principi Evangel. in Ecclesia sua, praeromano-Cathol. competere videri posset. Rom. enim Catholicus Status per §. 30. Art. V. Instrum. Pac., Subditos suos A. Conf. simpliciter in possessione constitutorum Templorum, Foundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus, relinquere tenetur, id quod non nisi de tali possessione, qualis fuit in Anno Decretorio, intelligi potest. Simile quid intuitu Principis Reformati, ut & Evangelici, quod ad diversam Ecclesiam statuitur §. cit. 1. Art. VII. Verum enim vero cum per unionem atque divisionem non ipsa possessio, sed modus saltem possidendi invertatur, & re vera Ecclesiae nihil omnino adimatur, nec etiam directe, vel indirecte (suppono enim casum ubi Parochiani nulla habent gravamina justa) Religionis exercitium turbetur, nullus dubito, quin hanc facultatem promiscue cuivis adferam Principi, citra Parochianorum consensum. Hi enim quatenus iustae adfuerint contradicendi causae, etiam intuitu Principis Evangelici unire, vel dividere volentis, audiendi essent. Certe magnopere optandum foret, ut inaequalis illa beneficiorum distributio, intellige heic in specie paroeciarum dimensiones, in Papatu pro partium studio facta, ab omnibus Territorii dominis ad aequam redigeretur aequalitatem. *Qua, quaeso! proportio: Hier ist eine Pfarre, da der Pfarrer kaum das liebe Leben hat, und für Nahrungs-Sorgen in seinem, obgleich kleinem Weinberge, nicht arbeiten kan. Nicht weit davon ist eine andere, da der Priester als ein Pralat leben kan. Warum? Er hat zwo einträgliche Mater-Kirchen, und noch wohl ein par Fiduals darzu. Man darf nicht denken, daß dieser desto fleißiger arbeiten werde: au contraire, je besser als er leben kan, je sauler wird er.* Nil itaque magis justum est atque aequum, quam ut talis enormis inaequalitas, ubicumque obvia, a quovis Territorii Domino qualis qualis etiam fuerit ille, tollatur, & parochiae, quantum possibile est, ad arithmeticam refoermentur proportionem. Paulo difficilior quaestio est de jure *supprimendi beneficia ecclesiastica*, cum modo *sicuta Pac. Westph. loca* sat clare indigent, nec Rom. Catholicum,

G

licum,

licum, nec Reformatum Principem bona *Ecclesie Evangel.*, aliorum-
 que piorum Corporum, secularizare posse, quod adeo extendum
 esse crediderim, ut ne, svadente licet contrarium Status ratione,
 talis quidem alienorum Sacrorum Principi competat potestas,
 Pax enim Westph. ejusdemque clara verba suprema sunt ratio
 status nullis disputationibus in ambiguum flectenda sensum du-
 bique reddenda. Non obstat, quod diximus *supra*, Principem
 etiam alienorum Sacrorum ex Status ratione adiaphora & cere-
 monias restringere posse. Respondetur enim: *Nach der Einschren-
 kung, die wir, bey einer Abänderung letzterer Art, angenommen ha-
 ben, hat ein Landes-Herr immer den Westphälischen Frieden und die
 Reichs-Gesetze zur Seiten, nicht aber wieder sich. So hat auch eine
 solche Reformation nicht den geringsten Einwurf von Eigennutz zu be-
 sorgen. Dabingegen wenn der Fürst (verstehe hier zur Zeit einen Rö-
 misch-Catholischen, oder Reformirten) die Geistlichen Güter der Evan-
 gelischen Kirche secularisiren wollte, derselbe nicht nur wieder den kla-
 ren Buchstaben des Westphälischen Friedens anstossen, sondern auch den
 Vorwurf leiden würde, sich mit solchen Gütern, zum Nachtheil der
 Religion, bereichern zu wollen. Sed numne Princeps Evangelicus,
 præprimis ex ratione Status secularizare posse, quæstio est magis
 ardua atque intricata. Si dicendum quod res est, puto, nec
 hunc regulariter secularizare posse. De bonis Capitulorum, quo-
 rum jura Pace Westph. confirmata leguntur, res dubio caret.
 Circa bona in specie ecclesiastica, Kirchen-und Pfarr-Aecker, du-
 bitatum aliquando fuisse motamque quæstionem memini: *Ob ein
 Lehn-Fürst nicht besser thäte, wenn Er solche Gründe zu seinen
 Cammer-Gütern schlage, und den Kirchen und Pfarrern anderswo
 baare Hebungen anwiese. Sed recte regeffit Clerus:**

Beati sunt possidentes.

*Was man aus publicoan Fonds holen soll, ist mislich. Es könn-
 ten wohl Zeiten kommen, daß wir todt hungern müsten. Haben
 wir hingegen unsere liegende Gründe, so sehen wir zu, daß wir uns
 auch durch Krieg und Pest so hindurch bringen. Et sic etiam se
 res habet cum reliquis piis Corporibus, quæ, tanquam Collegia
 & personæ morales, privatorum juribus censenda sunt. Atquin
 Prin-*

Princeps nemini jus potest auferre quæsitum; ergo nec etiam istiusmodi Collegii dominium bonorum ad pios destinatorum usus adimere. His non obstantibus casus contingere possunt, ubi Princeps Evangelicus (non Rom. Catholicus, vel Reformatus, quippe quibus, ut vidimus supra, per Pac. Westphalicam ligatæ sunt manus) bona & prædia piorum Corporum secularisandi propitio jure facultatem habet, & quidem ea, quæ olim ex profusa largitate & annili Superstitione, a Prædecessoribus suis, tempore Papatus, bonis Cameræ atque Mensæ (*den Camer- und Tafel Gütern*) fuerunt subtracta & piis Corporibus addicta. Certe hæc bona non sunt in Principis, sed potius Reipublicæ dominio, & semel pro semper omnibus Successoribus destinata, dominio, & quam a Principe possunt alienari. Quo itaque casu recte Successor dixerit: *Meine alten Vorfahren sind nicht recht klug gewesen, daß Sie Kirchen, Klöster, Schulen und Hospitäler bereichert, und die Cammer- Inreden geschwächt haben. Zurück damit*

Redeat ad Dominum quod erat ante suum.

Secundus est casus, si quando Princeps Evang. animadvertit, istiusmodi Collegia, vel pia Corpora, pluribus abundare bonis, quam quidem ad finem, quem olim intenderunt beatissimi manes, sunt necessaria. Dantur autem revera, etiam apud nos Protestantibus adhuc, hinc inde Corpora pia, ut Academia, Scholæ Monasteria, Hospitalia, & quæ istiusmodi foundationum sunt plures, tot invidendis instructa dotibus, ut Rectores, Administratores, Antistites, Oeconomi &c. nesciant ipsi, qui & quomodo redditus impendere debeant, nisi, quod in suos eosdem convertant usus privatos, vel ad maximum, inutilia & plus quam splendida ædificia exstruant inde. Exempla sunt odiosa, *Herr thut nun ein Landes-Herr ebristlich und löblich, wenn Er solchen Collegiis die Festsedern ein bischen ausreuffer, und saget: wisset ihr von euren Gütern keinen rechten Gebrauch zu machen: so weiß ich sie besser anzuwenden.*

Quintum Caput absolvetur *jus cogendi Synodum* quod ad Principem, quia talem spectare nullum est dubium. Præfuerunt atque præfederunt olim Imperatores Conciliis, præfederunt & olim jam Principes Germaniæ, conf. *Ludewigii Dissert. de Synodo Dingolphingica*, Synodis generalibus & provincialibus; & quamvis Synodi *diocesales* hodie a Superintendentibus apud nos regulariter institui soleant, commonstratum tamen est supra pluribus, plurimos actus, idque tales, quibus, uti Vicarius Principis, defungitur Superintendens, æque commode per politicam expediri posse personam, quo & merito referimus Synodi Convocationem. Quo supposito Principio, facile adparet, *jus questionis* etiam ad Principem Rom. Catholicum, quia Territorii dominum, spectare, quatenus per Synodum generalem anomaliam ecclesiam turbantes sunt tollendæ, & quidquam in universale ecclesiarum commodum statuendum. Equidem contigerit vix casus, ut talis Princeps istiusmodi Synodo præfederit in sua persona: quid enim Saul inter Prophetas? verum quod quis per alium facit, intellige *Plenipotentiarium*, id ipse fecisse censendus est, & sic nec hic aliquam inter Status Germaniæ deprehendo differentiam.

S. XXII.

Sequitur *Caput VI^{um}* nimirum *jus dandi licentiam templa aliæque aedificia religiosa exstruendi*, quo & haud incommode referri potest *jus erigendi beneficia ecclesiastica*, quod retulimus supra ad quartum Caput. Hoc jus duplici considerari potest ratione; vel enim Princeps dat subditis, qui jam *Anno Decretorio* in possessione fuerunt, licentiam plura nova ædificandi Tempora, vel iis hanc concedit licentiam, qui hoc, vel illo loco, a tempore *Anni Decretorii*, nondum in possessione fuerunt Temporum. Priori casu, uti res nullam habet difficultatem, ita & indistincte cujuslibet Principis, seu Territorii Domini consensu opus est; nam Subditi hac quidem in parte pro *Superficiariis* saltem habendi sunt, prouti & Principi variæ suppetere possunt rationes contradicendi: *ich will so viele überflüssige Kirchen nicht aufgetempelt wissen.*

sen. Posterior casus vero multis hucusque obnoxius fuit controversiis atque disputationibus: ob nemlich ein Römisch-Catholischer Landes-Herr denen Protestanten eine Kirche aufzubauen, dahin den freyen öffentlichen Gottes-Dienst verstaten könne, alwo sie im Jahr 1624. keine Kirche noch öffentlichen Gottes-Dienst gehabt; item: ob ein gleiches einem Protestantischen Fürsten, in Ansehung der Römisch-Catholischen Kirche, freystehe. Et puto, *Pacem Westphalicam*, hoc quidem in passu, absolute pro Principe militare atque Domino Territorii. Quamvis enim, vi hujus Transactionis, omnes tres adprobatae Ecclesiae, pro ratione observantiae, vel *Anni Decretorii*, vel *Pacis Westphalicae*, securae fuerint redditae, nusquam tamen haec facultas, ceu juris reformandi particula, Statui Imperii legitur ademta. Positis enim terminis habilibus, per introductionem novorum Sacrorum, idque talium, quae in toto fere Imperio Rom. Germanico jam mixta deprehenduntur, nec directe, nec indirecte, religionis exercitium, quod a tempore *Anni viguerit Decretorii*, turbatur, unde frivola omnino est contradictio, als welche bloß auf den Eigensinn und Verbitterung der Pfaffen, die den Pöbel und Hans Hagel auf ihre Seite haben, beruhet, daber offte ein Landes-Herr aus politischen Ursachen was bleiben lassen muß, daß er sonst mit allem Rechte thun könnte. Retinendum tamen heic erit temperamentum, quod suppeditat Böhmerus in *Jur. Eccles. Protest. L. 1. tit. 1. §. 73. & 74.* intuitu Principis Protestantis, quod scilicet is Rom. Catholicis religionis exercitium publicum quidem, non vero omnimodum atque universale, quod cum multis scandalosis ceremoniis & processionibus conjunctum est, concedere queat, quippe dum talis concessio non possit non in summum veteris religionis praedudicium vergere, ut silentio involvamus tristia Exempla, ex istiusmodi publicis processionibus, extra Tempia per plateas factis, Rom. inter Catholicos & Protestantes orta,

§. XXIII.

Circa Caput VII^{mum}, nimirum *jus visitationes instituendi*, nihil aliud monendum erit, quam quod talis actus ad Principis, qua Principis, Vicarium, h. e. *Superintendentem*, qui eatenus merito, secundum sapius jam dicta atque adducta, pro politica

accipitur persona, pertineat, certissimo argumento, hoc jus cui-
vis Territorii Domino competere. Quatenus enim ejus interest,
ut omnia decenter & ordine in ecclesia fiant, eatenus etiam cura
incumbit Territorii Domino circa vitam Cleri, atque bonorum
ecclesiasticorum administrationem quæ duo capita primum sunt
visitationis hujus objectum, licet inspectio alias in vitam, mo-
res atque doctrinam Cleri, etiam in specie ad actus *Ordinis*, uti
jam monitum est supra, pertineat. Et sic non habemus, quod
circa Caput VIII^{um}, jus quippe circa *Bona ecclesiastica aliorumque*
piorum Corporum, tam quoad administrationem, quam dispositionem
seu alienationem, ulterius moneamus. Licet enim omnes inspe-
ctorii juxta ac directorii Actus, huc pertinentes, ad Consistoria
Evangelica in Territoriis Statuum Rom. Catholicorum spectent,
diximus tamen atque probavimus *supra* semel pro semper, actus
per suam naturam, ex sublimiori juris territorialis conceptu pro-
manantes, licet per Consistoria alienorum Sacrorum expediantur,
non tamen aliter quam ex delegatione Domini Territorii, ejusque
Nomine factos intelligendos esse. In specie autem, quæ aliena-
tionem bonorum ecclesiasticorum, aliorumque piorum Corporum,
in perpetuum pleno jure factam crediderim, consensum, vel ra-
tificationem istiusmodi Consistorii, ad omnimodam Emptoris se-
curitatem ne sufficere quidem, nisi confirmatio Principis Rom.
Catholici vel Reformati, uti apud nos Protestantes, accesserit.
Quemadmodum enim nec Romano-Catholicus, nec Reformatus
Princeps Bona Ecclesiæ Lutheranae, aliorumque piorum Corporum,
supprimere, *juxta deducta*, atque alienare potest, ita nec etiam
pro lubitu Consistoria Evangelica horum Principum circa istius-
modi bona disponere possunt, cum scilicet semper a parte Prin-
cipis verenda contradictio sit: *da ich eure unbeeveglige Güter un-*
angetastet lassen muß, so sollet ihr doch auch nicht nach eurem Gefal-
len, ohne mich vorher zu fragen, damit schalten und walten, als
welches am Ende wohl auf solche Marchanderie ausfallen könnte, daß
die Kirchen, mit sampt den übrigen Stifftungen, nichts behielten, und
ich nur zurverer mißte.

S. XXIV.

Simili ratione nil præcipui, intuitu Principis Evangelici, quæ Caput IX^{num} occurrit, cum Scholæ & Academiæ Reipublicæ Seminaria sint, quæ non possunt non cuius Territori Domino curæ esse cordique.

S. XXV.

Quæ Caput X^{num} jam monitum est supra, vel potius evictum, confirmationem Clericorum etiam minorum Gentium, ad Principem quemcumque spectare, nisi quod in Territoriis Statuum Rom. Catholicorum, Consistoria Evangelica (ex tacita tamen Principis Delegatione) hunc expedire soleant actum, unde de Confirmatione Prælati tanto minus superest est dubii, quin ea non, nisi ad Principem, quæ Territorii Dominum, quæ quali etiam addictus fuerit ille religioni, pertineat, modo caveamus, ne hanc Principis Confirmationem confundamus cum ea, quæ ex dispositione Concilii Nicæni ad Metropolitanum spectat, & apud Protestantes extra jam usum est, apud Rom. Catholicos vero hodie per solum exercetur Papam. Unde non miraberis, si quando Princeps Romano-Catholicus Prælatum mediatum *Aug. Confessionis*, & vice versa Princeps Protestantis Prælatum mediatum *Rom. Catholicum*, Subditum insimul suum, confirmaverit, confer. *Böhmer, in Jure Ecclæs. L. 1, tit. 6, S. fin.*

S. XXVI.

Quod ad Caput XI^{num} itidem jam monitum est supra, jura illa Papalia, in Capitula olim peculiariter exercita, non male quidem Principibus A. Confessionis, vel in genere Protestantibus vindicari, quæ quæstionem tamen præsentem: *quousque nimirum hæc jura promiscue omnibus Statibus Imperii immediatis, etiam Rom. Catholicis, competant?* distinctione opus est. Capitula enim vel sunt *immediata*, vel *mediata*. Quoad priora comparatio inter Principem Rom. Catholicum, & Protestantem, quæ talem, cessat omnino, Licet enim *Art. V, S. 19. Instrum. Pac.* statuatur: jura
Papa-

Papalia respectu Bonorum *immediatorum* Statuum A. Conf. pro futuro penitus cessare debere; sciendum tamen est, quia Bona, vel Territoria Ecclesiastica *immediata*, nec Status A. Conf., nec Status Rom. Catholicos, pro forma Imperii nostri, pro Statibus accipi *Secularibus*, sed potius *Ecclesiasticis*, seu Episcopis; unde & quatenus jura peculiaria olim Papæ, ut *Annatarum, mensum Papalium, Provisionis extraordinarie, dandi Expectantias, reliqua*, sibi vindicant, hoc non, quia Principes *Seculares*, sed quia *Episcopos* facere eosdem, manifestum est. Idem dicendum est de Capitulis *mixtis*, in quibus hæc jura Papalia, pro parte Canonicatorum Protestantium, sublata per §. 20. *cit. Art. V. Instr. Pac.* insuperque ad observantiam Anni Decretorii restricta sunt. Quoad Capitula mediata vero Jura Principum non possunt non esse promiscua & æqualia, dummodo in *supra* jam supposita subsistamus regula: *quod nimirum cessantibus juribus Papalibus, jura territorialia circa Sacra, vel Ecclesiastica, illico a Principis parte, ceu Territorii Domini, se exerant*; etiam in casu præsentis, ubi prorsus iniquum foret, si quando Capitula ea Territorii Domino denegare vellent, quæ olim Pontifici Romano nolentes volentes exhibere debuerunt. Diximus: *cessantibus juribus Papalibus*, eadem enim jura, quæ Papæ respectu Capitulorum *immediatorum* mixtorum, quia Canonici Rom. Catholicos, reservata sunt, is etiam exercet in Capitulis Statuum Protestantium *mediatis* mixtis per clarum §. 25. *cit. Art. V.* Cumque, uti jam monuimus, jura Papalia, etiam quia Canonici Romano-Catholicos, non simpliciter, sed pro ratione Observantiæ Anni 1624. sese exerant, sequitur omnino, in reliquis Principis Protestantis, ceu Territorii Domini, jura esse salva, tam quia Canonici Evangelicos, quam Rom. Catholicos, non præcise heic, uti quidam *argumento cit. §. 25.* volunt, observantia *Anni Decretorii* in censum vocanda; quemadmodum nec cum *Böhmero in Jur. Eccles. L. 1. cit. II. §. 46.* longe scrupulandum crediderim, a quibus olim exegerit Capitularibus Papa annatas v. g. nec ne? cum exactio quæstionis, non *juris Papalis* tam, quam potius *Territorialis* sit, licet in locum prioris successerit. Vindicatis sic juribus hæc Statui Protestanti Seculari, etiam in Canonici Rom. Catholicos, minus certe res dubii habet in Principe Rom.

Rom. Catholico, respectu Capitulorum Evangelicorum, De Capitulis mediatis Electoris Saxoniae, ut *Merseburgico, Misnienfi & Naumburgico* expedita res est, cum *Domus illustrissima Saxon. Electoralis* Statibus A. Conf. adhuc hodie accenseri soleat. Sed nec de antiquis Statibus Rom. Catholicis ego longe dubitarem, quin iis eadem attribuam jura in Capitula Evangelica, dummodo adfuerint Exempla Capitulorum Evangelicorum mediatorum, in Terris Statuum Rom. Catholicorum sitorum, idque ex ratione supra allata jam, cum quippe non appareat, cur Status A. Conf. Sacra Evangelica abjurans plus habere debeat juris circa Corpora pia Evangelica, quam Status Rom. Catholicus genuinus isque antiquus; praeripis, cessantibus juribus Papalibus, unico Superioritatis territorialis in *Ecclesiasticis* impedimento atque obstaculo.

§. XXVII:

Restat denique ultimum idque XII^{um} Caput, nimirum *ius Dies festos & Litanias indicendi*, intellige *ausserordentliche Fest-Tage und allgemeine Buß-Bet- und Danck-Tage*, quae quippe, docente universali Germaniae praxi, aliorumque Regnorum, ex solo Principis dependent arbitrio, quales etiam addictus fuerit is religioni, quemadmodum enim istiusmodi festa extraordinaria pro diversis eventibus atque contingentiis in Republica, vel faustis, vel infaustis determinantur, ita nec ulla ecclesia, qua Litanias sic dictas ordinarias, *die ordentliche Buß- und Bet-Tage*, statuta habet tempora, (excepto uno vel altero territorio, v. g. Megapoli nostra) unde merito eatenus festis accensentur extraordinariis, quatenus earum numerum tam, quam tempus ex beneplacito determinat suo Princeps. *Universales* autem vocantur, cum non in omnibus solum Principis Territoriis, sed etiam Ecclesiis, tam Rom. Catholicis, quam Protestantibus celebrantur. Quid de cetero juris competat Principi circa Festa *stata & ordinaria* facile ex *Pace Westphalica* determinari potest. Ut enim de *die Sabbathi*, quippe qui juris divini positivi universalis, & consequenter extra arbitrium Principis cujuscunque positus est (quod & verum esset, si vel maximum supponeremus, Sabbathum legis saltem esse *Jud. Forensis*, cum absurdum esset & prorsus

H

ini-

iniqum, ab universali totius Christianismi praxi, hac in parte recedere, eundemqve in summum omnium Subditorum iuxta ac totius Ecclesiae Christianae scandalum abrogare velle) nihil omnino dicamus, Festa reliqua statuta merito observantiis antiquis ecclesiasticis, vim Legum habentibus, accensentur, cumqve, per *superius dicta* atqve probata, nec Principem Rom. Catholicum, nec Reformatum leges atqve ceremonias Ecclesiasticas in Ecclesia *Lutherana* abrogare posse, manifestum sit, (prouti nec vice versa Princeps Protestans Ecclesiae Roman. Catholicae heic quidpiam contra Observantiam Anni Decretorii injungere ausus fuerit unquam) necessario sequitur consecutionis vinculo, Principem, nec Rom. Catholicum, nec Reformatum (nam de priori tale quid non facile metuendum, cum ipsi Rom. Catholici, hac in parte, plus faciant iusto) *statuta Ecclesiae Lutherana Festa* abrogare posse. Idem, quin de Principe Evangelico adseram (qva nostram scilicet ecclesiam) dubito nullus, partim quod tempore Reformationis hae festa ab omni Ecclesia Lutherana retenta fuerunt, & sic merito universali Observantiae adnumerantur, partim quod Princeps, uti evictum est *supra*, in rebus adiaphoricis nil, nisi ex urgente Status ratione, qvae vero heic desideratur, immutare potest. Quod ad prius, urget *Böhmerus in Jure Eccles. L. 1. tit. 4.* in contrarium: si universalis observantia non possit abrogari, male sic fecisse Reformatores primos, observantias etiam universales in Papatu, v. g. Chrisma, & qvae hujus rei fuerint plures, expungendo. Sed Respondetur:

Duo cum faciunt idem, non est idem.

Was zur Zeit der Reformation geschehen, das ist einmahl geschehen, wir müssen aber nicht in infinitum immerweg reformiren, Genung daß die gantze Lutherische Kirche diese Festtage aus dem Pabstthum, oder vielmehr allerersten Christl. Kirche, mit beygehalten hat, wieder solche allgemeine Lutherische Praxin aber was abzuändern, läufft wieder die öffentliche festgesetzte Unanimität. Qva posterius urges, Principem objicere posse, idqve non absque ratione Status: Die vielen Festtage gäben zu vielen Unordnungen Anlaß, und wären in der That nur Schmause- und Saufftage: Respondetur: De-
nen

nen Unordnungen kan auf andere Weise, als durch gänzlichliche Abschaffung, vorgebeuet werden, weil man sonst auch den heiligen Sonntag abschaffen müste. Quodsi a parte Principis instare velles; Durch so viele Weynachts-Oster- und Pfingst, item Marien-Tage, und dergleichen mehr, würde sonderlich die Land- und Acker-Arbeit nur verbindere, inter alia non infrunite replicari posset: Beydes so wohl Menschen, als Vieh, nähmen solche par Ruhe- und Erquick-Tage, ausser dem Sonntage, wohl vorlieb, und so, wie bisber die Saate und Ernte niche nachgeblieben, so würden sie auch künfftig nicht eber, noch besser bestellet werden. In summa ratio illa Status maximo opere claudicat, hinc laudo Principes hac in parte antiqvantes. Denn wenn ein Landes-Herr darauf besteuert ist, und mit Gewalt die Festtage abgeschaffet wissen will, so bleibet freylich den Untertanen nichts, als gloria parendi:

Seyd unterthan der Obrigkeit, die Gewalt über euch hat,
übrig.

CONCLUSIO.

Et sic Tecum, Benevole Lector! communicaverim Scigraphiam Juris Principis Germanici circa Sacra, ejusque promiscui, quam benigno, non acri, censeas rogo examine, & opto.



Kr 2425 m
=

S





E.4 Nam. 33

IO JURIDICA

DE

INCIPUM

EL

GERMANIÆ

SACRA

SCUO ,

EST ,

IOLICO , QVAM PROTE-
PRINCIPI ,

N


TERRITORII SUI,

ETENTE,

, 1754.



B. I. G.



B. I. G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black